in universo sit quod non ad bonum et verum se referat, n. 3166. Quid bonum naturale et quid verum naturale, n. 3167. Quod bonum cognoscat suum verum et verum suum bonum, n. 3179. Quod verum percipiat in se imaginem boni, et in bono ipsam effigiem sui, ex qua, n. 3180. Quod bonum non sit bonum nec fructificetur, antequam regeneratus est homo; quia prius non est in bono ipsa anima, n. 3186. Quod et ecclesiæ coelesti et spirituali sit bonum, et verum, sed cum differentia, de quibus, n. 3240. Bonum veri quod in sua prima existentia sit verum, exemplum, n. 3295. Quod cum bono et vero se habeat sicut cum prole, quod concipientur, sint in utero, nascantur, adolescent, n. 3298, 3308. Quod bonum et verum simul concipientur, sed quod bonum det vitam per verum, et quod utrumque hoc vocatur anima, n. 3299. Quod bonum cognoscatur homini, non verum, ob malum hereditarium sed usque verum adhucet bono aliqua potentia, n. 3304. Quod cum bono et vero se habeat sicut cum prole, quod concipientur, sint utero, et crescent aetate ad ultimam et apud bonos in æternum, qui sint status progressus seu conjunctionis boni et veri, n. 3308. Quod bonum rationalis influat in bonum naturalis immediate, et quod id significetur per quod Iischak amabat Esarum, et Rebecca Jacobum, n. 3314, 3573, 3616, 3969. Quod bonum redigit vera in ordinem, n. 3316. Quod ratiociniis appareat sicut fides foret prior charitati seu verum pre bono, sed quod fallacia, n. 3324. Plura loca citata ubi de fide et charitate ac de vero et bono, n. 3324. Quod apud spiritualem hominem præ et superius sit verum apparetur quam bonum, n. 3325, 3330, 3336. Vide *Verum*. Quod spiritualis homo dum regeneratur procedat a doctrina veri ad bonum vitæ, sed cum regeneratus vice versa, n. 3332. Quod bonum vitæ sit voluntatis et bonum veri sit intellectus, et bonum doctrinalium sit scientiæ, n. 3332. Quod affectio se semper adjungat rebus quæ intrant memoriam, et quod simul reproducantur, n. 3336, et quod affectio boni adjungatur veris in actu, in naturali apud hominem, a Domino, et quod per affectionem boni reproducantur, et sic removeantur falsa et mala, n. 3336. Bonum aspectu, quod sit illud quod ex forma placet et sic quod facile recipitur, n. 3388. Quod bonum et verum ab homine removeantur versus interiora, quantum in malo et falso est, n. 3402. Scire bonum et verum, quod non sit habere illa, sed affici illis non ex amore sui et mundi, n. 3402. Bonum naturale, quod non sit bonum naturale humanum, sed quod hoc donatur a Domino, n. 3408. Quinam et quales sunt qui in veri bono, n. 3459, 3463. Quod bonum naturale quadruplicis generis sit, bonum naturale ex amore boni, ex amore veri, ex amore mali, et ex amore falsi, et quod inclinationes ad illa accipientur a liberis hereditarie a parentibus, n. 3464. Quod bonum naturale non sit bonum spirituale antequam reformatum sit a Domino per regenerationem, n. 3470. Quomodo bonum naturale reformatur per regenerationem, n. 3470. Quod insinuentur vera non genuina in bonum, et quæ, n. 3470. Et quod tunc ei dolor et pugna, n. 3471. Quod vera sint sicut fibræ quæ formant bonum, sed quæ ducentur et applicantur in formam a bono

## B O

interiore, n. 3470. Quod bonum sit filius major, seu primogenitus, illustratum a statu infantum, n. 3494. Quod homo absque illo bono foret serus, vide *Prinogenitus et Infans*, n. 3494. Quod bonum infantiae non sit bonum spirituale, sed fiat per implantationem veri, n. 3504. Quod bonum naturale sit ex ordine rerum ibi, n. 3508. Si bonum et verum sit quod format naturale rationale et naturale, quod sit imago coeli, si autem malum et falsum, quod sit imago inferni, n. 3513. Quod bonum domesticum sit quod a parentibus trahitur, a patre interius, a matre exterius, n. 3518. Distinctio inter bonum naturalis et bonum naturale, quod illud a Domino, hoc a parentibus, n. 3518. Quod bonum naturale seu jucundum a parentibus inserviat primum pro medio introducendi vera ordine, imprimis dum regeneratur homo, illustratum, n. 3518. Quod bonum naturale domesticum apud Dominum postquam inserviverit pro medio rejectum sit, n. 3518. Quod innumerabilia genera et species boni et veri, n. 3519. Quod verum apparetur sit primo loco cum regeneratur homo, bonum autem vitæ primo loco est cum regeneratus, n. 3539, 3548, 3556, 3563, 3570, 3576, 3603. Quod bonum et verum naturale formentur ex bono et vero rationali per influxum, n. 3573, 3616. Quod media innumerabilia sint de quibus in sensu interno Verbi, n. 3573. Quod ex bono rationali intime existant bonum et verum in naturali, n. 3576. Quod bonum producat verum in naturali poene sicut vita fibras in corpore, n. 3579. Quod bona et vera forment quasi civitatem, et hoc ex forma coeli et inde influxu, n. 3584. Quod pauci sciant quid bonum et quid verum, et quod modo regenerati, n. 3603. Quod bonum mutatur in malum et verum in falsum in descensu e celo apud malos, ac vicissim, n. 3607. Cum verum privatur vita a se quod tunc conjugatur bono et recipiat per illud ipsam vitam, n. 3607. Qualis status cum verum priori loco, et qualis cum posteriori, n. 3610. Quod continue insit conatus bono restituendi statum ut verum sit subordinatum, illustratum, n. 3610. Si nossent et perciperent quid bonum, quod tunc primum innumerabilia scirent, ut quoque proximitates boni et veri quæ in celo, n. 3612. Quod vita in plurali dicantur, est quia binæ vita facultates sunt, voluntas quæ boni, et intellectus qui veri, et quod unam vitam forment cum intellectus est voluntatis et verum est boni, n. 3623. Bonum veri et boni verum quod sint inversa, n. 3669. Quod se habeat cum bono et vero sicut seminibus et humo, quod semina sint in rationali, humus in naturali, n. 3671. Quod bonum veri sit immensam respective ad boni verum principio, sed quod postea cum regeneratus homo, sint conjuncta, illustratum exemplo, n. 3688. Quod Domino sit divinum bonum et ex illo sit divinum verum, sicut sol a quo lux, n. 3704, 3712, 4577. Quod bonum sit primum ordinis, et verum ultimum ordinis, n. 3726. Quod homo percipere possit bonum naturale, morale et civile, non autem bonum spirituale, illustratum, n. 3768. Bonum communis stirpis collaterale, quod sit quale apud gentes, n. 3778. Quod bonum varietur in omnibus et singulis per vera, et quod a veris accipiat suum quale, n. 3804. Quod omnis consanguinitas

F

## B O

in celo sit ex bono, et inde progrediantur, n. 3815. Vera conjunguntur bono, cum propter usus vitae discuntur et agnoscuntur, n. 3824. Quod vera non conjungantur homini, nisi quantum in bono est, et quod cum affectionibus mali non conjungantur, n. 3834. Quod regeneratio fiat a vero ad bonum, quod est ascensus et deinceps a bono ad verum quod est descensus, n. 3882. Quod bonum non sit spirituale priusquam ei conjunctum sit verum, et quod tunc fiat bonum, n. 3951. Bona externa, quod sunt iucunda, quod tantum bona sint, quantum in se habeant bonum spirituale, illustratum, n. 3951. Quod non ab ecclesia sint qui in affectione veri, et non in bono, tum qui in affectione boni ex quo non verum, n. 3963. Quod bonum et verum non genuinum inserviant pro medio introducendi verum et bonum genuinum, n. 3974. Quod verum et bonum sint mediae quae inserviunt introducendi veris et bonis genuinis, quae postea relinquuntur, n. 3985, 3990, 3974, 3982, 3983, 4145. Quod bona apud hominem quenvis varia sint, sed quod ex variis unum formetur a Domino, n. 3986. Quod bona apud hominem mixta sint malis et vera falsis quae non contraria sunt bono et vero, illustratum exemplis, n. 3993. Sed quod bona et vera in medio sint et mala et falsa in peripherias, ib. f. Quod in uno bono innumerabilia vera sint, n. 4005. Cum regeneratur homo, quod influxus a Domino sit in bonum interni hominis, et per verum in naturale, n. 4015. De bono medio, quod inserviat bonis et veris genuinis introducendis, n. 4063, vide *Regeneratio*. Quod fiat per societas spirituales et angelicas, de quibus, n. 4067. Quod bonum sit multiplex, et tamen unum appareat et quod illi correspondent societas spirituum et angelorum, n. 4066, 4067. Quoniam bonum conjungitur vero, illustratum per influxus boni in cognitiones veri, n. 4069, 4096, 4097. Quod non loqui ad aliquem a bono ad malum, sit nulla communicatio amplius, n. 4126. Quod hodie nullae cognitiones de bono et vero, quare non facile comprehenduntur possunt, quae de illis dicuntur, n. 4136. Quod bonum a veris variis fiat, ita ut nullibi omnimodo simile, n. 4149. Quod triplici gradus bona et vera sint secundum tota cœlos; et similiter in externo homine, quae illis correspondent, n. 4154. Quod bonum voluntatis sit ex bono facere bonum, bonum autem intellectus sit ex vero facere bonum seu ex intellectu, n. 4169. Credere quod bonum sit a se est velle mereri salutem, n. 4174, vide *Meritum*. Quod bonum reproductur ex vero, quod intrat cum affectione boni, et vicissim, n. 4205. Quod boni genera et species sint innundabiles, imo indefinite, illustratum, n. 4263. Quod bonum sit respectivo dominus et verum servus, et quod quoque fratres, n. 4267. Quod vera insinuanda sint bono, ut sit bonum, et quod insinuantur per affectiones, illustratum, n. 4301. Vera in bonis in ordinem disposita sunt, quam secundum vera in ordine illorum in celis, n. 4302. Veri bonum quod sit verum voluntate et actu, n. 4337, 4343, 4390. Quando in bono conjunguntur vera, quod progressus fiat a communibus ad particularia et singularia, n. 4345. Conjunctio boni cum vero, n. 4353, vide *Regeneratio*. Quod bonum agnoscat suum verum, n. 4358. Antequam recipitur verum et conjun-

## B O

gitur bono, confirmantia qualia praecedent et assontantur ut credantur, n. 4364. Quod vera non acceptari possint, ita non conjungi bono, quam apud illos qui in bono charitatis et amoris sunt, illustratum, n. 4368. Affectio veri appetit a vero sed quod sit a bono, n. 4373. Quod bonum sit quod agit, et verum quum agit quod sit ex bono, n. 4380. Boni vera, quid, n. 4385. Quod ad verum et bonum se omnia referant, n. 4390. Quod nihil non se referat ad verum et bonum, n. 4409. Bonum spirituale quod sit alteri bonum velle ex nulla causa sui sed ex iucundo affectionis, et quod nemo venire possit ad illud nisi per regenerationem a Domino, n. 4538. Quod vera sint formæ boni, illustratum, n. 4574. Bonum coeleste et bonum spirituale, quæ differentia, n. 4581. Quod verum non sit verum nisi a bono, et quod falsum cum a bono recipiatur ut verum, n. 4736. Quod bonum per verum agat, n. 4757. Quod verum ad bonum se habeat ut aqua ad panem, seu potus ad cibum, in nutritione, n. 4976. Quod bonum non proprietate verum sed veri bonum, id est, usus, n. 4984. De bono et vero naturali spirituali et non spirituali, n. 4988, 4992, vide *Naturale*. Quod bonum sit conjunctio, et quod scaturit quid bonum si studeatur scire quid amor in Deum et amor erga proximum, n. 4997. De bono naturali non spirituali, et de bono spirituali seu ex religione, n. 5032, vide *Naturale*. Quod testificetur amor et reverentia ex interno erga Dominum per exercitia charitatis erga illos qui in bono sunt, n. 5066, 5067. Quod verum absque bono dari nequeat quia verum est variatio formæ et bonum est jucundum inde, n. 5147. Quod omnia et singula in universo se referant ad bonum et verum, et quod inde in homine voluntas et intellectus, n. 5232. Quod verum bono conjungatur cum homo est in charitate, n. 5340, f. 5342. Quod verum multiplicetur solum ex bono, n. 5345, de qua multiplicatione, n. 5355. Quod verum conjungatur bono et bonum vero, processus, n. 5365. Quod hodie controvertatur de summo bono, et quod nemo sciat quod sit bonum charitatis absque fine sui, n. 5365. Verum cum transit in voluntatem quod fiat bonum veri, illustratum, n. 5526. Qui in bono sunt quod in altera vita in facultate sapiendi sint; illorum status, n. 5527. Quod bonum ordinat vera in formam cœli, malum autem ordinat falsa in formam inferni, n. 5704. Quod verum applicatur per bonum et sub bono, n. 5709. Vindicare sibi bonum et verum, videatur *Furtum*. Cum versura fit apud hominem, qui regeneratur, nempe cum bonum primo loco est, quod tunc tentatio, n. 5573. Quod inter verum et bonum sit arcta conjunctio, n. 5807, illustratum, n. 5835. Quod inter bonum internum et externum sit conjunctio, quod alioquin pereant, n. 5841. Quod bono charitatis insit omne sapientiae, et quod in hoc veniat post mortem, qui in illo bono venerat, n. 5859. Quod bonum multiplicetur circum omne verum et faciat id sicut stellulam, et quod per dirivationes successive, n. 5928. Reciprocum et reactio veri in bonum quod et sit ex bono, quomodo, illustratum, n. 5928. Quod verum et bonum apud regeneratos sint disposita in formam cœlestem in medio optimum et sic successive, n. 6028. Quod vera ducant ad bonum, ill. n. 6044. Bonum

## B O

**quod sit ex duplice origine, ex origine in voluntate et in intellectu, de quibus, n. 6005.** Quod vera querant vitam in scientificis et bonum in veris, n. 6077. Qui regenerantur quod eleventur a sensuilibus, de elevatione illa, n. 6183. Quod antequam regeneratus est homo, ex vero spectet bonum, cum regeneratus ex bono verum, n. 6247. Quod naturale necessario regenerandum sit, ut influxus sit per internum, n. 6299. Qui regenerantur quod plures status subeant, et semper interius in cœlum et proprius ad Dominiun, de quo, n. 6045. Quod perficiantur in æternum, et tamen ita non longe ultra primum gradum pervenire possint, n. 6648. Quod mali non ausint aggredi bonum, sic enim angerentur et conjicirent se in infernum, sed licet eis aggredi verum, n. 6677. Bonum quod sit per cœlum, n. 6720. Quod vera faciunt quale boni, quia vera fiunt bona, cum fiunt vitæ, n. 6917. Quod qui in vero sint rigidi, qui in bono molles, n. 7069. Quod nemo sciat quid bonum nisi sciat quid auror in Dominum et erga proximum, et quod non sciri possit quid verum nisi ex bono, n. 7178. Quod non sciatur quid cœlum nisi sciatur quid bonum, n. 7181. Quod omnia se referant ad bonum et verum quæ secundum ordinem, et ad malum et falsum quæ contra ordinem, n. 7256. De bono et vero quæ sunt Domini, et quæ non sunt Domini, de quibus, n. 7564. Quod bona et vera sint quæ spectant introrsum et quæ spectant extorsum, et quod homo talis sit ut spectare possit super se, seu ad divinum, et quod infra se seu ad se et mundum, n. 7601, 7604, 7607, vide *Charitas*. Quod bonum naturale sit prorsus aliud quam bonum spirituale, quod bonum spirituale sit planum angelis at bonum naturale non ita, et quod in illo facile in malum et falsum abducendum, n. 7761. Quod bonum et verum auferentur malis, et dentur bonis, n. 7770. Quod omnia bona in cœlo sint distincta, n. 7833 et 7836. Quod verum fiat bonum cum homo vult illud et facit illud, n. 7835. Quod bonum acceptetur in quo falsum si ignorantia, in illa innocentia et finis bonus, n. 7887. Quod jucunda affectionum adhereant veris, et quod tune vera secundum affectiones quæ excitantur, n. 7967. Quod bonum det facultatem recipiendi influxum a Domino, non verum absque bono, n. 8321. Quod affectio veri sit ex bono et quod unum sit ab altero, n. 8359, 8356. Quod vera apparent injuncta cum intercipitur communicatio cum bono, n. 8352. Quod bona et vera conjuncta apparent sicut unum ad imaginem hominis, illustratum, n. 8370. Quod bonum a Domino intime in se habeat cœlum et Dominum, et quod bonum a proprio intime in se habeat infernum, n. 8478. Quod bonum celeste evanescat ad gradum crescentis concupiscentiae, n. 8487. Quid sit spectare a bono ad verum et a vero ad bonum, vide *Retro*. Quale est verum ad bonum et quale absque bono, ex variis comparativis, n. 8530. Quod bini status sint homini qui regeneratur, prius ut ducetur per verum, alter ut per bonum, n. 8516, 8643, 8648, 8658. Quod homo non prius in cœlum venire possit, quam quem in statu est ut ducatur per bonum, n. 8516, 8539, vide *Regeneratio*. Vera qualia erunt, ut fieri possint bonum, describitur, n. 8724. Quod bonum et verum se habeant sicut fibra in qua spi-

## B O

ritus et sicut vas in qua sanguis, illustratum, n. 9154. Quod bonum habeat suum quale ita suam formam per vera, illustratum ex vivis, n. 9154. Quod verum desideret facere bonum, cum est conjunctum bono, et vult arctius bono conjungi, illustratum, n. 9206, ostensum, n. 9207. Bonum implantatum a Domino per vera comparatum cum semine, et illustratum, n. 9258. Quod bonum novæ voluntatis sit habitaculum Domini apud hominem et inde verum novi intellectus est tabernaculum, illustratum, n. 9296, 9297. Quod verum secundum uis vitæ formetur apud hominem, n. 9297. Quod bonum genuinum sit ex veris, illustratum, n. 9404. Quod bonum sit omne in omnibus ut sint, n. 9550, 9558, 9574. Quod unicum bonum quod regnat in cœlo et facit cœlum sit bonum meriti Domini et justitiae, ostensum, n. 9486. De sphaera boni a Domino circum cœlum et societas ibi, n. 9490, f. 9534. Quod bonum et verum in perpetuo conatu se conjungendi sint, n. 9495. Quod verum habeat suum bonum et omne bonum suum verum, illustratum, n. 9637. Quod ex bono omnia, illustratum, n. 9667. Quod bona sequantur ordine a Domino per bonum internum et dein per bonum externum cœli intimi et inde per bonum internum et externum cœli medii, et ab intimi ad extima, n. 9473. Quod bonum in cœlis universaliter regnet, n. 9832. Quomodo bona amoris succedunt in cœlis, n. 9873. Quod omne bonum a Domino, ostensum n. 9981. Quod homo ægre distinguere possit inter verum et bonum, quia inter cogitare et velle, n. 9995. Quod bonum implantetur homini ab infantia ut sit planum recipiendi verum, n. 10110. Quod omnia se referant ad bonum et verum, vel ad malum et falsum, ita ad voluntatem et intellectum, et quod homo vult, hoc amat, n. 10122. Quod Dominus immediate influat in bonum et mediate in verum, n. 10153. Quod bonum coeleste formetur per vera ordine ab extremo, de quo processu, n. 10252, 10266, 10267. Quod divinum bonum Domini sit unicum, quia infinitum, quod distinguitur in coeleste et in spirituale, sit ex receptione dissimili, n. 10261. Quod tria genera bonorum sint quæ constituant tres cœlos, de quibus, n. 10270. Bonum spirituale quod sit verum in sua essentia, illustratum, n. 10298. Quod homo sit suum verum et suum bonum, n. 10298. Quod Dominus sit ipsum bonum et verum, ostensum n. 10336. Quod facere bonum et verum propter bonum et verum sit amare Dominum super omnia, et proximum sicut seinet, n. 10336. Quod homo sit qualis quoad bonum, non qualis quoad verum absque illo, illustratum, n. 10267. Quod homo ducatur a Domino per verum ad bonum, et quod verum fiat bonum cum sit voluntatis seu amoris, n. 10367, vide *REGENERATIO*; bonum et verum conjuncta erunt ut sint aliquid, illustratum, n. 10555. Quod Dominus sit ipsum bonum et ipsum verum quia infinitus, ostensum n. 10619. Conjunctio boni et veri illustrata per agentia et reagentia, n. 10729, vide etiam *Regeneratio*. Bonum innocentiae, bonum ignorantiae, et bonum intelligentiae, quæ differentiae, n. 2280. Bos. Quod boves, filii bovis, juvencii in Verbo et sacrificiis significant coelestia naturalia, n. 2180. Quod grex bona rationalia, armentum bona natu-

## C A

ralia, n. 2566. Quod bos sit bonum naturale exteriorius, n. 2781 et 4244. Quod bos in oppositio sit affectio mali in naturali, n. 9083. Quod bos sit bonum naturalis, n. 9134, vide etiam n. 2180, 2566, 2781, 2830, 2913, 8037. Bos iniunici quod sit bonum non genuinum, n. 9255. Apertura bovis et pecudis quod sit in externo et interno, n. 10662.

**BOZRAH**, n. 4650.

**BRACHIUM**. Quod sit potentia, n. 878. Nudum brachium in altera vita quantæ potentiae, n. 878, f. Brachium extensum quod sit divina potentia, n. 7205. In magnitudine brachii sui, quod sit ex omni potentia, n. 8319.

**BUCINA**. Sonum buccinæ quod sit bonum cœleste, n. 8802. Vox buccinæ quod sit status cœli angelici, n. 8915.

**BUTYRUM**. Quod butyrum sit cœleste, n. 2134. Butyrum, n. 3527, vide *Oleum*.

**Bus vel Buz**. Uz et Buz quod sint varia religiosa, n. 2860.

**Byssus**. Vests byssi quod sint vera ex divino, n. 5319, ratio cur videatur explicata, n. 5319, vide etiam n. 9469, ubi linum byssinum quod sit verum ex bono cœlesti. Quod sit verum ex origine cœlesti, n. 9596, 9744.

## C.

**CANAAN, CANAANITA**. Vide etiam *Terra*. Quod terra Canaan sit regnum Domini, n. 1413, 1437, 1607. Quod loca in terra Canaane varie representativa fuerint, n. 1585. Quod termini terræ Canaanis similiter, n. 1866. Quod flumen Ægypti sit extensio spiritualium, flumen Euphrates extensio cœlestium, n. 1866. Quod antediluviani fuerint in terra Canaane, n. 567. Quod gentes in terra Canaanæ significant idolatrias, n. 1205. Quid per eas, quod expulsæ, significatur, n. 1868. Quid Canaanita in terra, n. 1444. Quod Canaanita malum, Perisita falsum, n. 1573, 1574. Quod Judei sint Canaanitiæ, n. 1167, 1200. Quod Canaan filius Chami sit cultus externus separatus ab interno, n. 1093, 1140, 1141, 1167. Quod illa quæ in terra Canaane representativa fuerint secundum distantiam, situm, terminos, n. 1585. Terra Canaan quod sit regnum cœlesti Domini, n. 1607. Quod terra Canaan sit regnum Domini, in supremo sensu divinum humanum Domini, quia hoc insinuit in cœlum et facit cœlum, n. 3038. Cum Judæis in sermone fui de terra Canaane, quod sit regnum Domini, n. 3481. Quod terra Canaan sit Dominus, ipsis regnum et bonum amoris, et ecclesia, n. 3705. Quod antiquissima ecclesia fuerit in terra Canaane, etiam et ecclesia antiqua, et quod inde representativa locorum, et ideo Abraham jussus illuc ire et data terra Canaan posteris ejus ut representativa ecclesiæ apud illos instituerentur, n. 3686, 4447. Quod fluvii magni fuerint termini ultimi et primi terræ Canaanæ, n. 4116. Labia Canaanis inqui, quod sit se applicare ad divinum, n. 4197. Quod ultima terra Canaanæ representativa essent ultimorum in regno Domini, n. 4240. Quod terra Canaan sit regnum Domini et ecclesia, n. 4447. Quod antiquissima ecclesia fuerit in terra Canaane, et quod reliquiae ejus apud Chittæos et Chiveos, n. 4447, 4454. Quod antiqua ecclesia Hebreæ in

## C A

terra Canaane diu fuerit, n. 4516, 4517. **Cananeus**, quod sit ecclesia quoad bonum, et Perisæus ecclesia quoad verum quamdiu antiqua ecclesia in terra Canaan fuit, n. 4517. Filia viri Canaanitæ quod sit affectio mali ex falso mali, n. 4818. Quod ecclesia fuerit in terra Canaane ab antiquissimo tempore per representativa locorum, et ideo propter Verbū, n. 5126. Terra Canaan quod sit religiosum, n. 5757. Quod plura significet, n. 5757. Quod filii Israël, in terra Canaane representaverint ecclesiastæ et quod gentes ibi infernalia, et quod ideo vetitum sit cum illis foedus inire et quod devotioni datae sint, n. 6306. Quod in terra Canaane fuerit ecclesia ab antiquissimis temporibus, et ibi continua ecclesia fuit, quia ommnia ibi representativa erant, et sic quod Verbum scriberetur ibi, in cuius singulis representativa et significativa essent, n. 6516. **Cananæus** quod sit malum ex falso mali, n. 6858. Quid per gentes in terra Canaane significatur, n. 8054. Quod representaverint statum cœli ante adventum Domini, et post, n. 8054. Habitatores Canaani quod sint qui adulteraverunt bona et falsificaverunt vera, n. 8317. Quod terra sit ecclesia unde quod terra Canaanis fuerit ecclesia ab antiquissimis temporibus, citatum, n. 9325. Quod gentes ibi significaverint mala falsi et falsa mali, n. 9327. Quod gentes terræ Canaani representaverint mala et falsa quæ non simul esse possint cum bonis et veris, quæ per filios Israëlis representabantur, n. 9320. Quod introduci in terram Canaanem sit fieri ecclesiam, n. 10559, ex causa quia ecclesia ibi fuerit ab antiquissimis temporibus, ib. Quod terra Canaan sit ecclesia in idea angelorum, n. 10558. Habitator terræ, quod sit religiosum in quo malum, n. 10640.

**CANAANITA**. Vide *Canaan*.

**CANDELABRUM**. Representativum formatum in cœlo, n. 552. Quod sit cœlum spirituale et lucerna fides et intelligentia veri et sapientia boni quæ a solo Domino, ostensum n. 9548. Quod aliqua candelabri significant spiritualia, n. 9551. Calami candelabri quod sint vera ex bono, n. 9555, 9558, 9561. Varia candelabri ut forcipes et trullæ quod significant purificatoria et evacuatoria in naturali, n. 9572. Quod candelabrum representet Dominum ut lanam, n. 9684.

**CANIS**. Quod canis Cerberus sit custodia ne transeat a jucundo amoris conjugialis cœlestis ad jucundum adulterii quod est infernale, n. 2743. Non movebit canis linguam, quod sit quod non minimum damnationis et lamentationis erit, n. 7784. Quod canes sint infini in ecclesia et qui extra ecclesiam, tum qui multum blaterant de talibus quæ ecclesiæ et parum sciunt et in opposito sensu qui privatum extra ecclesiæ fidem sunt et qui ea quæ fidei contumelias afficiunt, ostensum, n. 7784. Canes quod sint qui extra ecclesiam ex falsis immundis erant, ostensum, n. 9231.

**CANITIES**. Quod sit ultimum ecclesiæ, ostensum n. 5550.

**CANTICUM**. Quod cantica Verbi sint ex loquela rhythmica spirituum, ostensum, n. 1648. Liber cantorum quod sit ex significatiis ecclesiæ antiquæ corrasis, n. 3942, f. Quod cantica prædicantur de vero, n. 4137, vide *Cantus*. Canticum Jehovæ quod sit glorificatio Domini; quod cantica ecclesiæ

## C A

continuerint illam, ostensum, n. 8261. Quod cantica essent testationes lœtitiae proper adventum Domini ad salvandum fideles, ostensum n. 8261. Quod cantus in cœlo sit et quare, n. 8261. Cantare Jehovæ quod sit Domino soli gloria, n. 8263. Canticum Jah quod sit quod omne fidei et inde gloria sit a divino vero, n. 8267. Canticum cantorum quod non sit Verbum, n. 9942.

**CANTUS.** Vide *Canticum*. Quod per cantum significantur spiritualia fidei, ut per instrumenta cordaceia, n. 418, 419, 420. Quod cantus auditus ab illis qui ad pulmones pertinebant, n. 3893.

**CAPILLUS.** Vide *Pilus*.

**CAPRA.** Quid vitula, capra et aries, n. 1824. Quod agni et agnæ significaverint innocentiam interni seu rationalis hominis, proinde eorum vera et bona, n. 3519, 7840. Quod sint veri bona, n. 3995, 4006. Capri quod sint vera boni, n. 4005. Lana caprarum quid, n. 9470, vide *Lana*.

**CAPSA.** Vide *Arca*.

**CAPTIVUS, CAPTIVITAS.** Captivus in domo fœvæ, quod sit postremo loco, qui in sensuali corporeo, n. 7950. Captivitas spiritualis quid, n. 7990, vide *Vastatio*. Captivum abduci quod sit remotio e medio, illustratum, n. 9164.

**CAPUT** serpentis quod sit dominatio mali, n. 257. Cum resuscitatur homo quod bini angeli assident capiti, n. 172, 173, 174. Caput mensis quid, vide *Mensis*. Caput scalæ, quod sit cœlum, n. 3700. Quod cœlestia constituent caput, spiritualia corpus et naturalia pedes, n. 4938, 4939. Extollere caput quod si provisum et inde conclusum, et quod fuerit formula judicij ad vitam seu ad mortem, unde, ostensum, n. 5124. Extollere caput, quod sit conclusum ex proviso, tum ex præviso, n. 5155, 5162. Quod caput in maximo homine sit intimum cœlum ibi cœleste, corpus medium et spirituale, pedes ultimum ita naturale, n. 5328. Ponere manum super caput benedictionibus, quod sit rituale ex antiquo, quia caput est ubi intellectuale et voluntarium et corpus ubi actus et obsequium, n. 6292. Caput quod sit interiora et corpus exteriora, illustratum, n. 6436. Caput cum de inensibus, quod sit principialis quia primus, n. 7827, 7828. Caput super cruribus et super medio in sacrificiis quod sit ab intimo ad externum, n. 7859. Caput quod sit verum quod homo facit suæ fidei, ita verum fidei, per parum ostensum, n. 9166. Caput quod sit interiora illustratum et ostensum, n. 9656. A capite per collum in corpus, quod correspondeat influxui regni cœlestis in regnum spirituale, n. 9913, 9914. Quod unctio super caput repræsentaverit super totum humanum Domini. Et de unctione capitis in inaugurationibus, n. 10011. Quod caput sit totus homo, ostensum, n. 10011, 10044.

**CARCER.** Vide etiam *Custodia* et *Fœcia* et *Vinctus*. Quod ægrotus sit qui in malo et vinctus seu in carcere qui in falso, n. 4988, f. Dari in domum carceris et ibi vinctus teneri, quod sit mitti in tentationes quod falsiloquium contra bonum, ostensum, n. 5037, ita quod sit venire in vastationem quod falsum, proinde in tentationes, ib. et quoque quod sint qui in falsis ex ignorantia veri, n. 5037. Quod locus in quo vincti regi vincti sit status vastationis falsi, n. 5038. Ad dominum carceris quod sit inter falsis, n. 5085. Qui in falso, imprimis falsis ex

## C A

malo et qui in persuasione, vincti dicantur et quod etiam interius vincti sint, n. 5096. Vinci quod sit separari, n. 5452. Dari in custodiam quod sit rejectio, n. 5083, 5701. Quod sit separatio, n. 5456.

**CARDUUS.** Vide *Spina*.

**CARO.** Vide etiam *Corpus*, *Panis*, *Vinum*. Quod caro sit proprium vivificatum, n. 148, 149, 780. Quod sit omnis homo in genere, homo corporeus in specie, n. 574, 1050. Quod sit voluntarium honiūis, ideo concupiscentia, n. 999. Quod antiquissimi carnem non comedent, n. 1002. Os meum et caro mea quod sit quod conjuncta sint quoad vera et quoad bona, n. 3812. Quod caro in supremo sensu sit proprium divini humani Domini, seu divinum bonum, in sensu respectivo proprium hominum voluntarium quod est malum, n. 3813. Caro quod etiam sit bonum veri, n. 6968. Caro quod sit divinum bonum divini amoris, quod ex divino humano Domini, et reciprocum hominis, n. 7850. Caro quod sit proprium hominis, inde malum, voluptas, concupiscentia, ostensum, n. 8409. Caro ex selav, seu volatili, quod sit bonum externi seu naturalis hominis, seu jucundum, n. 8431. Quod caro sit divinum bonum, et sanguis divinum verum in sancta cœna quia a Domino, ostensum, n. 9127. Caro sacrificii quod sit malum amoris, illustratum, n. 10035. Quod usque repræsentaret sanctum in externis, cum comedetur, illustratum, n. 10040. Quod caro sacrificii in specie repræsentaret bonum spirituale, Minchæ, quæ panes et placenta, bonum cœleste, n. 10079, fin. Caro cum de homine quod sit proprium hominis, ostensum, n. 10283. Caro cum de Domino, quod sit divinum bonum divini amoris, ostensum ib. Omnis caro quod sit omnis homo, illustratum et ostensum ib. f. Quod spiritus sit vita a Domino, et caro vita ab homine, ostensum n. 10283.

**CHRYSOPHRASUS, SAPPHIRUS, ADAMAS.** Quod sint cœlestis amor veri seu bonum externum interni cœli, explicatum, n. 9868.

**CADERE.** Quod sit vinci, n. 1689. Cadere superficies quod suit ritus adorandi antiquissimæ ecclesiæ, ostensum, n. 1999. Cadere retrorsum quod sit recedere, nempe a vero, n. 6401. Cadere quod sit pervertere, n. 9086. Cadere quod sit occidi, n. 10492.

**CÆCUS.** Quod sit non fidem habens per cognitiones, n. 6990.

**CÆCITAS.** Quod cæcitas predicetur in Verbo de iis qui in falso sunt, n. 2383.

**CAIN.** Quid, n. 340, 1179.

**CALAMUS.** Calami candelabri quod sint vera ex bono, n. 9551, 9555, 9556.

**CALCANUM.** Quod sit infimum naturale, n. 259, vide *Calceus*.

**CALCEUS.** Vide etiam *Calcuncum*. Quod sit ultimum naturale corporeum, n. 1748, 6844, 7864.

**CALIGO.** Vide *Tenebrae*. Quod tenebrae sint falsa, caligo mala, n. 1860. Quod in infernis sit caligo et hæc a falsis, et quod ibi sit frigus et quod hoc a malis, n. 3340. Quod quoque ibi lumen sed fatuum, et quoque calor sed sicut balneis immundis, n. 3340. Quod cum spectatur in inferna sit caliginosus nimbus, et quod illis calor sit ex odiis vindictis et cædibus quæ spirant, ab experientia, n. 3340.

G

## C A

**Caligo** quod sit omnimodo privatio veri et simul boni, tenebræ quod sint dyntaxat privatio veri, ostensum, n. 7711. Caligo quod sit densissimum falsum contra cælum, n. 7711. Palpare caligine quod sit ubi contra verum et bonum sæpe impingere et non invenire, ostensum, n. 7712. Quod verum divinum sit caligo illis qui ab ecclesia spirituali, et quod adhuc magis populo Israelitico et Judaico, n. 8918.

**CALIX.** Vide *Scyphus*.

**CALLUS.** Calli memoriarum quomodo apparent in altera vita, n. 2492. Quod dolores sentiantur in variis crani locis, fluentes ex falsis et cupiditatibus, n. 5563.

**CALOR.** Vide *Ignis* et *Flamma*. Quod serratores graminis ab aliis querant calorem sed incassum, quare sibimet per serrationem acquirunt, n. 1111. Qui deflectati sunt Verbo, quod iis calor secundum delectationem, n. 1773. Quod mali quoque producere possint calorem, sed qui sit excrementius, n. 1773. Quod ex amore calor, et quod amor sit calor spiritualis, sed qualis animor talis calor, n. 2146. Quod calor sit in mansione ubi illæ quæ lascivæ, sed non extinxerunt desiderium procreandi solum, n. 2757. Quod sicut luces sunt ex bina origine ita calores ex bino fonte seu ex bino sole, n. 3338. Quod calores ibi sint amores et affectiones, n. 3338, et quod sicut amores et affectiones ex influxu vitæ Domini, n. 3338. Quod in infernis sit quoque calor sed sicut balnei immundi, n. 3340, vide *Frigus*. Quod angeli in luce et calore sint, et quo plus in illis eo plus in intelligentia et sapientia quia proprius Domino, n. 3339. Quod Dominus sit sol cœli, et quod inde lux in qua intelligentia, et calor in quo amor, et quod inde correspondentiae, n. 3636, 3643. Quod cœlum in luce et in calore sit, infernum in caligine et frigore, n. 3643. Incallescere quod sit usque ad affectionis ardorem venire, n. 4018, tum ejus effectus, n. 4019. Quod bini origines caloris seu ignis sint, nempe ex sole mundi et ex sole coeli, et quod hic ignis intelligatur in Verbo, et sit amor in utroque sensu, n. 5215, vide etiam *Ignis*, *Flamma*. Quod vitam hominis faciat lux spiritualis et calor spiritualis, de quibus illustratum, n. 6032. Sicut se habet in gradibus lucis apud hominem, quod ita se habeat in gradibus caloris spiritualis apud illum, n. 6314. Quod calor vitalis sit amor, n. 6314. Quod temperatus calor in Mercurio, quod calor veniat ex altitudine et densitate atmosphaerae aerea, et ex radiorum solis incidentia recta et obliqua, non ex propinquitate, n. 7177. De calore vitali, vide etiam *Ignis*. Incallescere sol quod sit crescens concupiscentia, n. 8487.

**CALVITIES.** Quod calvities sit quod non verum, ostensum n. 3301, vide *Pilus*. Quod sit depravatio ab intelligentia veri, et a sapientia boni, ostensum, n. 9960. Quomodo apparent in altera vita, n. 2492.

**CAMELUS.** Quod camelii sint scientifica communia in naturali hominie, ostensum, n. 3048, 3071. Quod camelii quia sunt scientifica communia, etiam sint illa quæ in naturali hominis, quæ inserviunt spirituali, n. 3143, 3145. Stramen camelii quod sint scientifica vera, n. 3114, 4156.

**CAMERA.** De camera obscura ubi dolosi in tenebris et machinantur dolos, n. 949.

## C E

**CANALIS.** Quod sit veri bonus, n. 3095, 4017. Canaliculi quod sint doctrina charitatis, n. 6777, vide *Charitas*.

**CARTILAGO.** Quod lunares spiritus referant cartilaginem scutiformem, n. 5564 et 9236.

**CASIA.** Quod sit verum intimum quod immediate est ex bono, ostensum, n. 10258.

**CASTELLUM.** Quod villæ sint externa ecclesia, castella interna, cum primis apud gentes, n. 3270, 3271.

**CASTRA, CASTRAMENTARI.** Castra Dei quod sint cœlum seu ordo cœlestis, et quod castramentatio sit dispositio secundum illum ordinem, n. 4236. Castra quod sint specialia confirmantia, n. 4364. Quod castramentari sit applicatio, n. 4396. Castramentatio quod sit ordinatio veri et boni quæ sunt vitæ, n. 8103, f. Quod sit ordinatio veri et boni ad subeundas tentationes, n. 8130, 8131, 8155, Castra quod sint vera et bona, ac in opposito sensu falsa et mala, n. 8193, 8196. Quod sint naturale, n. 8453. Castra filiorum Israëlis in deserto, quod sint cœlum et ecclesia. Extra castra quod sit ubi non illa, et infernum, n. 10038. Castra quod et sint infernum, ostensum, n. 10546.

**CASUS.** Vide *Fortuna*.

**CATARACTÆ.** Quid n. 757.

**CATENÆ, CATENULÆ.** Quod sint coherentia, ostensum n. 9852, 9879.

**CATERVÆ gregis,** vide *Greg*, n. 3767.

**CATHOLICA Religio,** vide *Pontifex*.

**CAUDA.** Quod sit sensualis ultimum, ita falsum, quod prorsus spectat deorsum, ostensum, n. 6952. Cauda quod sit etiam verum in ultimis, illustratum et ostensum, n. 10071.

**CAUSA.** Quod finis sit omne in causa et effectu, n. 3562, vide *Finis*. Qualis correspondentia, illustratum a fine, causa et effectu, qualis erunt respective, n. 5131. Quod effectus non sit causa sed formata et induita ut causam aget in inferiori sphera, et quod causa jugiter erit in effectu, aliter dissipatur, n. 5711. Similiter se habet causa ad finem, n. 5711. Quod internum induat sibi talia in externo per quæ ibi agere possit effectum, n. 6275, 6284, illustratum n. 6299. Quod totus homo sit instar suæ voluntatis, et sui intellectus inde, illustratum a fine, causa et effectu, n. 10076. Causæ morborum originis a morbis seu passionibus animi, nota (s) De cultu et amore Dei, pa. 107.

**CAVUM.** Quod sit applicatio, n. 9738.

**CEDRUS.** Quod cedrus sit medium purificationis internum, hyssopus externum, ostensum, n. 7918.

**CELARE.** Vide *Abscondere*.

**CELER.** Vide *Cito*.

**CENTRUM.** Vide *Medium*. Quod Dominus sit centrum commune et quisque centrum influxuum in forma cœlesti, n. 3633. Quod Dominus ē centro, ubi purificationem agat, inordinata et tumultuosa in peripheria in ordinem redigat, n. 5396. Quæ directe sub intuitione sunt in medio sicut quæ sub visu externo, et quod illa clare et delectabilia, n. 6068.

**CENTUM.** Quod sint simile ac decem, n. 1988. Quid centum, de quo, n. 2636. Quod sit etiam multum, n. 4400. Centum et decem anni, quid, n. 6582, 6594. Quod sint plenum, n. 9745. Centum et octoginta anni, quid, n. 4517.

**CERA AROMATICA.** Vide *Aromata*.

## C H

**CERBERUS.** Vide *Canis*.

**CEREBRUM.** Observata operatio cœli in cerebrum, et quod sinistra pars cerebri sit pro rationalibus seu intellectualibus, n. 3884. De maximo homine et correspondentia cum cerebro et cerebello, n. 4039 ad 4055. Quod omnia in cerebro sint secundum formam coelestem, n. 4040 ad 4042. Quod secundum formam illam sint gyrationes et circumvolutions in cerebro, n. 4041. Quod id in causa sit cur per hominem solum sit descensus e cœli in mundum et ascensus e mundo in cœlos, n. 4042. Quod sint in cœlis cœli et societas quæ referunt ad cerebrum et cerebellum in communi, et in parte, n. 4045. Quales qui referunt ad duram matrem, n. 4046. Quales qui referunt ad piam matrem, n. 4047. Quales qui referunt sinus et sinum longitudinalem, n. 4048. Quales qui referunt ventriculos, n. 4049. Quales qui referant infundibulum, ex representationibus, n. 4050. Quales qui referunt isthnum et congeries glandularum, n. 4051. Qui in voluntate boni, et inde boni sunt, referunt substantias corticales, et qui intellectu veri et inde affectiones referunt fibras, n. 4052. Quod pars dextra cerebri sit pro illis qui in voluntate boni et pars sinistra pro illis qui in intellectu veri, n. 4052. Quod sicut in cœlo sit sphæra finium ita in cerebro, et quod dentur societas quæ solum pro fine habent voluptates amicitiae, de quibus, n. 4054. Fibrae cerebelli et cerebri quomodo se moverint quoad faciem, n. 4326. De illis qui referunt viscera excrementaria cerebri, quod intrant in cameras cerebri usque in medullam spinalem, et inducant insanas ac mortem, ab experientia, n. 5717, quales sunt et unde ibid. Qui cerebri crassam pituitam referunt, n. 5718, vide *Morbis*. De cerebri viscosis, in quibus aliquid vitale quod illa referant conscientiosi, de quibus, n. 5724. Quod cerebri pars sinistra sit pro veris et falsis, dextra autem pro bono et malo, n. 5725. Quod incolæ Martis referant medium inter cerebrum et cerebellum, n. 7480, 7481. Quod incolæ qui amant cognitiones et non vitam secundum illa, referant interior membra cranii, et qui assuescunt loqui absque affectione et substrahere cogitationes ab aliis, referant membranam illam osseam factam, n. 7748.

**CERVA.** Quod sit affectio naturalis, ostensum, n. 6413. **CERVICALE, CERVIX.** Vide *Collum*.

**CETUS.** Quod cetus significet communia scientificorum, n. 42. Balena quod sit scientificum in communi, et quod scientifica falsa, ostensum, n. 7293.

**CHALDEA.** Quid Ur Chaldaeorum, n. 1368, 1816. Quod Chaldea sit cultus in quo falsum, n. 1368. Quod Babel sit prophanatio boni et Chaldea prophanatio veri, n. 1368.

**CHAM.** Quod sit fides separata a charitate, n. 1062, 1063. Quod sit ecclesia corrupta, n. 1076. Quid porro Cham n. 1140, 1141, 1102. Quæ differentia inter Cain et Cham, n. 1179. Qui fidem separaverunt a charitate, quod se in falsa et mala conjiciant, et quod hoc repræsentatum sit per Cain et Abel, per Chamum et Chanaan, per Ruben et Ægyptios, quod primogenita eorum sint occisa, n. 3325.

**CHAMOR.** Filii Chamoris patris Schechemi quod sit origo interioris veri a stirpe divina, n. 4399, 4454. Chamor Chivæus pater Schechemi quod sit ab antiquo verum interius, n. 4431. Quod sit bonum

## C H

ecclesiæ apud antiquos, n. 4447. Chamor quod sit vita et Schechem doctrina, n. 4472. Quod Chamor et Schechem occisi quia accedebant ad externa, n. 4493, f.

**CHANOCHE.** Quid, n. 401. Quod sint illi qui colegerant repræsentativa et significativa ecclesiæ antiquissimæ a perceptivis hominibus istius ecclesiæ, n. 519, 521, 2896

**CHARAN.** Quid n. 1430. Laban et Charan, quod sit affectio boni externi seu corporei, proprie quod sit bonum communis stirpis collaterale, n. 3612. Quod sit bonum externum, n. 3691.

**CHARITAS.** Vide etiam *Amor*. Quid charitas, n. 615. Quod amor sit similitudo, charitas imago Dei, n. 1013. Quod sit frater fidei, n. 367. Quod charitas sit super fidem, non vicissim, n. 363, 364. Quod nulla fides ubi non charitas, n. 654, 1162, 1176. Quod una ecclesia sit, si omnibus charitas, tametsi diversi cultus et diversa doctrinalia, n. 1286, 1316. Quod ecclesiam faciat charitas, non doctrinale fidei, n. 809, 1798, 1799, 1834, 1844. Qui de ecclesia externa sunt, quod internum habeant in cultu si charitatem, n. 1100, vide *Internum* et *Cultus*. Quod ecclesia spiritualis sit ex charitate, non quod fidem se dicant habere, n. 916. Quod charitas et non fides absque charitate salvet, n. 379, 389. Qui essentiale salutis ponunt in fide, quod nequidem attendant aut videant illa quæ Dominus toties loquitur de charitate et amore, n. 1017, 2373, vide *Fides*. Quod quisque ex charitate nosse possit num internum cultus habeat, n. 1102, f. 1151, 1153. Quod per fidem charitas, n. 383, vide *Fides*. Quod incrementa boni et veri sint secundum charitatem, n. 1016. Quod apud regenerandum, semper non radicari queat, nisi in bono charitatis, n. 880. Quod nullus regeneratus sit, qui non charitate prædictus, n. 989. Quod lumen regenerati sit ex charitate non ex fide, n. 854. Quod sapientia, intelligentia et scientia sint filii charitatis, n. 1126. Quod præsencia Domini sit secundum statum amoris et charitatis, n. 904. Quod omnia præcepta Decalogi, et omnia fidei, ex charitate, n. 4. 98. Qui in charitate sunt, quod legem sibi inscriptam habeant, et ubivis accepti cives sint in terra sicut in cœlis, n. 1121. Quod in cœlo spectentur omnes ex charitate et inde fide, n. 1258. Quod jucundi status charitatis redeant in altera vita, n. 823. Quod vita angelica consistat in usu et bonis operibus charitatis, n. 454. Quod angeli sint formæ charitatis, de quibus, n. 553. Qui ex obedientia exercent charitatem, quod in altera vita regenerentur, n. 989, f. Experientia visa quod in cœlum immediate veniant, qui vitam charitatis habent, n. 318. Quod fructus fidei sit bonum opus, hoc charitas, hæc in Dominum amor, hic Dominus, n. 161, 1873. Quod Verbum vivificetur secundum cuiusvis charitatis et innocentiae status, n. 1776. Quod odores charitatis et fidei grati, n. 1519. Quod ecclesia temporis tractu recedat a charitate, n. 1327, 1834, 1835. Quod ultimis temporibus nulla fides, sit quod tunc nulla charitas, t. 1843. Qui absque charitate quod nil nisi malum de homine cogitent et mala ejus observent, non bona, n. 1079, 1080, 1088. Qui fidem separant a charitate, quod iis nulla conscientia, n. 1076, 1077. Quod formæ odii et charitatis non possint simul esse, n. 1860.

## C H

Quod non violandum divinum humanum et sanctum procedens Domini, nec violandum bonum charitatis; quinam sunt qui violant, n. 2959. Quod a Domino omnis amor, charitas et misericordia, et omne bonum et verum, n. 2751. Quod omnis beatitudo consistat in bono et vero, quae quod aliunde non influere possint quam a Domino, cuius a luce rationis constrare possit, n. 2363. Si fides cogitativa salvaret, omnes introducerentur in cœlum, n. 2364. Qui in nulla charitate quod non agnoscere possint Dominum, si proficiuntur, quod sit exteriorum, seu ex hypocrisi, n. 2354. Qui in amore in Dominum, quod non possit quin sit in amore erga proximum, n. 2227. Quod nulli salventur per fidem, sed per vitam fidei quae est charitas, n. 2228. Quod vera fidei non salvent sed bona charitatis in veris fidei, n. 2261. Quod fides ab aliis recipi nequeat, quam qui in bono, n. 2340. Quod fides nusquam dabilis sit quam in vita sua, hoc est in amore et charitate, ab exemplis, n. 2340, 2349. Qui spectant ad doctrinalia et non ad vitam, quod non cogitent de anima seu vita post mortem, et vicissimi, n. 2416. Quod ab amore et charitate spectari possint doctrinalia, non vicissimi, n. 2454. Spectare a fide et non ab amore et charitate, quod sit spectare post se et reverti retro, n. 2454. Qui in bono charitatis, quod recipient vera fidei, in altera vita, vide *Gentes*. Quod doctrinale charitatis sit, et doctrinale fidei, et quod illud hodie obliteratum; in antiqua ecclesia quod fuerint doctrinale charitatis, et ex illo sciverint quid proximus, quid pauperes, pupilli, viduae, etc, n. 2417, in qua ignorantia veri sunt qui in nullo doctrinali charitatis, n. 2435. Quod una ecclesia foret, si omnibus charitas, quod ecclesia antiqua talis, n. 2385. Quod doctrinalia fidei nihil faciant nisi habeant charitatis, quia illa hanc spectant ut finem, n. 2049, 2116. Quod intelligentia et sapientia crescat in immensum apud eos in altera vita, qui in charitate, n. 1941. Cum regeneratur homo quod Dominus obviat et impletat vera bono charitatis, n. 2063. Cum regeneratur homo, quomodo bonum implantatur charitati, n. 2190. Causa cur fidem separaverint a charitate, et fidem salvare dixerint, n. 2231. Quod fides separata sit lux hyemis, et fides a charitate sit lux veris, n. 2231. Quod vera charitas sit absque omni meritorio, n. 2340, f. 2373, 2400. Qui separant fidem a charitate quod faciant charitatem meritoriam in altera vita, n. 2379. Quales qui in bono charitatis, et qui non in bono charitatis, n. 2380. Quod quidam putent se non esse in bono charitatis cum sunt, quidam esse cum non sunt, causa, n. 2380. Quinam in affectione boni, et quinam in affectione veri sunt, n. 2422, 2430. Quae differentia inter amorem et charitatem, n. 2023. Quod proximus sit is qui in affectione boni et veri, et quod proximus in supremo sensu sit Dominus, n. 2425. Quid bonum infantiae, bonum ignorantiae et bonum intelligentiae, n. 2280. Qualis amor mutuus et qualis amor conjugalis, n. 2738. Quod amor mutuus sit ex amore conjugal, n. 2733, 2737, 2738. Quod adulteri sint contra bonum charitatis, et contra Dominum, n. 2751. Quod controversum sit de primogenitura, num sit fidei vel num sit charitatis, n. 2435. Quod vita boni sit agere et cogitare, et hoc a velle, ita a

## C H

pulcherimi apparent in altera vita, n. 1053. Quod sint colores qui non visi in mundo, n. 1624. Quod colores in altera vita sint ex modificatione lucis et umbræ ibi, et variegatione earum in albis et nigris, n. 3993, et quod sint modifications intelligentiae et sapientiae, de quibus, ab experientia, n. 4530, 4922. Colores in celo quod sint ex variegationibus lucis ibi, et quod sint qualitates veri, et apparentiae ejus, et apparent ex affectionibus boni et veri, n. 4677. Tunica variorum colorum, quod sit apparentiae veri, 4677, 4741, 4742. Quod colores in altera vita sint varia ibi, et quod sint per celum sint quae apparentiae veri, n. 4742. Quod colores in altera vita originem ducant ex bono et vero, n. 9466. Quod colores quantum habent ex rubro, tantum significant bonum, n. 9467. Quod binari colores fundamentales sint, albus et ruber, unde, n. 9467. Quod lapides pretiosi in pectorali significant bona et vera cœli, ex coloribus, n. 9865, 9868, 9905, et unde illi colores, n. 9865, 9868, de coloribus vide etiam, n. 3662, 9446, 9823.

**COLUMBA**. Quod columbae sint bona et vera fidei apud regenerandum, n. 870. Quod turtur et pullus significant spiritualia, n. 1826, 1827. Cur aves non divisa in sacrificiis, n. 1892.

**COLUMNÆ**. Columna angelica circum me, cum demissus in terram inferiorem, n. 699. Quod per columnam nubis et ignis diu et noctu representantur status cœli, n. 8108. Quod prædictetur de naturali, quod instar baseos est spiritualia, ostensum, n. 8108, fin. Columna nubis inter diu, quod sit status illustrationis, temperatus per obscurum veri, n. 8106. Columna ignis noctu, quod sit status obscuritatis, temperatus per illustrationem a bono, n. 8108. Columnæ quod sint bona amoris et fidei, quia sustentent cœlum et ecclesiam, n. 9474.

**COMA**, vide *Pilus*.

**COMMORARI**, vide *Halitare*.

**COMMUNATUM** petere et dare, vide *Mutuum*.

**COMMUNE**. Qui perceptionem habet, novit singularia particularium, et particularia communium, non ita qui conscientiam, n. 865. Qualis homo in communi, talis in singularibus, n. 918, 1040, 1316. Quod ex communibus ideis fallacie, n. 865. Quod communibus affectionibus se insinuant particularia, et haec inde fluant, n. 920, vide etiam *Universale*. De particulari et communi, n. 2384. Cum reformatur homo, quod communia primum in ordinem disponantur et removeantur tunc doctrinalia, n. 3057. Quod suprema sint in ultimo ut in suo communi, n. 3739. Quod communia scienda ut singularia capiantur, n. 4269. Quod commune erit, ut sit aliquid particulare et singulare, n. 4325, f. 4329, med. Quod communia dicantur a particularibus, et quod communibus ordine insinuantur et his singularia, et quod talis sit progressus ab exterioribus ad interiora, illustratum n. 4345. Quod communia insinuantur illis qui regenerantur, in quibus particularia et singularia, quae successively prodeunt, n. 4383. Quod anzeli modo communissima veri scient et percipient, n. 4383, f. Quod in ora ibus et singularis communis præcedat, et ei insinuantur particularia, n. 5028. Quod sint series rerum sub communibus suis subordinatarum secundum societas angelicas apud regeneratos, n. 6639. Quod communia habeant sua receptacula, in quibus,

## C O

n. 5531. Commune quod sit pater interni principio, sed non postea, illustratum, n. 6089. Quod omnia referantur ad commune ut teneantur in forma, et communia sub communioribus, et quod communissimum universale sit Dominus, n. 6115. Quod omnia referenda ad communia, ita ad doctrinalia, n. 6146. Quod nequidem communia in aeternum sciri queant, n. 6618. Quod communia impleri possint innumeris, n. 7131.

**COMMUNICATIO** vide etiam *Perceptio*. Quod communicatio gaudiorum et felicitatum in cœlo, n. 549, 550. Quod ibi communicatio interiorum spiritus et hominis, n. 1309. Quod communicatio omnium cogitationis et affectionis in altera vita, n. 1390, 1391. Quod communicationes fiunt per transmissiones, n. 1392, per remotiones seu rejections, n. 1393, 1399, 1875. Quod sint spiritus et angeli per quos fit communicatio, n. 4047, 4048.

**COMMUNIO** Ecclesiæ quid, n. 2853.

**CONATUS**. Quod conatus continue insit bono restituendi statum ut verum subordinatum sit, illustratum, n. 3610. Quod conatus producat actus et motus, n. 3748. Quod conatus in naturalibus sit ex mundo spirituali, absque quo nihil existeret quod existit, illustratum, n. 5173. Quod sphæra conatum faciendi malum sit perpetua ab infernis, et sphæra conatum faciendi bonum a cœlis, et quod inter illas æquilibrium sit, ut homo sit in libero, n. 8209. Quod apparente ebullitione in infernis quæ sunt conatus emergendi, n. 8273, f. Quod infernum in continuo conatu destruendi cœlum sit, n. 8295. Quod conatus et actus inde unum agant, n. 10738.

**CONCIPERE**, vide *Nativitas, Parere, Generatio*. Quod concipere sit primum ortus, n. 6718.

**CONCLAVE**, vide *Domus*.

**CONCUBINA**. Quod ancillæ ex quibus procreantur liberi, dicantur concubinæ, et quod ex illis procrearent liberos, ut repræsentarent illi qui extra ecclesiam, n. 2868. Quod spirituales sint filii ancillarum, n. 3240. Quod permisum illis qui in externis, repræsentationis causa, ad uxorem adjungere concubinam, non autem illis qui in internis sunt, et in bono ac vero, ideo non Christianis, quibus est adulterium, n. 3246. Quod non liceat concubinas habere ad uxores hodie sicut apud Judeos, n. 9002.

**CONCUPISCENTIA**, vide *Cupiditas*.

**CONDIRE** corpora post mortem, quod sit præservare, ne anima inficiatur aliqua contagione mali, n. 6503, 6504, 6595.

**CONFESSIO**, vide infra *Confiteri*.

**CONFIDENTIA**. Quod confidentia quæ in eminenti sensu vocatur fides, sit varia, dabalis etiam apud malos, sed quod vera confidencia non detur nisi apud illos, qui in amore et charitate, n. 4352.

**CONFIRMARE**, vide etiam *Perceptio*. Quod confirmare dogma non sit sapientis, sed videre prius num ita sit, n. 4741, 7012. Quæ confirmata sunt doctrina et vita, quod maneat in aeternum, experientia, n. 4747. Quod confirmari queant falsa prorsus ut appareant sicut vera, n. 5033, 6865. Quod perceptio sit videre quod verum et falsum, non confirmare quodcunque, n. 7680, 7950. Quod confirmari queant omnia, et non videatur num

## C O

verum, nisi ab illis qui afficiuntur vero propter usus vitæ, n. 8521. Quod lux confirmationis non sit lux perceptionis seu divina e cœlo, sed est lux sensualis qualis infernali, n. 8780. Si absq[ue] perceptione quid verum, n. 8780.

**CONFITERI**, vide supra *Confessio*. Quod confiteri ex quo Iehudah nominatur sit in supremo sensu Dominus, in interno Verbum, et externo doctrina inde, et quid præterea confiteri ostensum, n. 3880, et quod divinum amoris et cœlestis regnum Domini, n. 3880. Quod sit agnoscere Dominum et quæ ipsius sunt, ita quod agnitus illa sit doctrina e Verbo, n. 3880. Quod sit vox cœlestis amoris, n. 3880. Sacrificia confessionis, quæ, n. 3880. Confessio peccatorum erit, ut homo salvetur, n. 8387. Confessio peccatorum quid, et quod erit coram Deo, n. 8388. Quod confessio universalis non sit confessio poenitentiae, n. 8390.

**CONFUSUS**. Quod sit verum et bonum extinctum, ostensum, n. 4503. Explicatur processus confossi jacentis in agro, Deut. XXI. 1 ad 10, n. 9262.

**CONGLUTINATIO**. Conglutinationis poena pro dolosis, n. 961.

**CONJUGIUM**, vide etiam *Adulterium*. Quod amor conjugalis et inde amor parentum erga liberos sit fundamentalis omnium amorum, n. 686. Quod sit ex amore Domini erga universum genus humanum, n. 686. Quod leges conjugiorum sint ex regno Domini, n. 162. Quod conjugium unius viri cum una uxore percipiatur clare ab iis qui perceptionem, non ita ab illis qui conscientiam habent, n. 865. Quod amor conjugalis unius uxoris fuerit felicitas cœlestis homini antiquissimæ ecclesiæ, n. 995. Quod amor conjugalis fuerit principalis antiquissimæ ecclesiæ, n. 995. Quod amor conjugalis fuerit principalis antiquissimæ ecclesiæ homini, amor erga prole posteris eorum, et hoc ob adventum Domini in mundum, n. 1123. Quod antiquissimi omnia conjugiis assimilaverint, n. 54, ita intellectum et voluntatem, n. 54, 55. Quod inter virum et uxorem sit conjugium sicut intellectus et voluntatis, n. 568. Quod in universi singulis instar conjugii, n. 718, 747, 917, 1432. Cur conjugia intra familias contraherentur, n. 471, 483. Quod conjugium cœleste sit in proprio, n. 155, 252, 253. Quod conjugium cœlestium et spiritualium sit in cœlo, in ecclesia, apud unumquemvis, in singulis naturæ, et in singulis Verbi, n. 2173. Quod in singulis Verbi sit instar conjugii, n. 683, 793, 801, 2516, 2712. Quod omne doctrinale fidei in se habeat conjugium cœleste, n. 2516. De conjugiis quomodo considerantur in cœlo, et de adulteriis, n. 2727 ad 2759. Quid amor conjugalis et unde, quod hodie non sciatur, n. 2727. Quod conjugium cœleste et inde amor conjugalis sit ex conjugio divini boni et veri, ac veri et boni, ita ex Domino, n. 2508, 2618, 2728, 2729. Quod antiquissima ecclesia in illo amore fuerit, non posteritas, n. 2730. Quod amor conjugalis sit velle esse alterius et hoc reciproce, ita mutuo vicissim, et quod conjugium inter conjuges sit quale inter intellectum et voluntatem, n. 2731. Qui in amore conjugalis, quod in intimis vita cohabitent, n. 2732. Qui in amore conjugalis, quod simul sint in cœlis, at qui non sunt, quod separantur, n. 2732. Quod conjugia sint seminaria

K

## C O

utriusque regni; quod ex amore conjugiali amor mutuus, et plurima; quod adulteria sint contra coelum, contra leges divinas et humanas et ordinem, n. 2733. Quod felicitas conjugii sit felicitas in utraque vita, n. 2734. Amor conjugialis representatus per pulchritudinem virginis et per auras adamantinas, n. 2735. Quod amor conjugialis sit innocentia, et quod qui in illo fuerint sint in intimo coelo, n. 2736. Qui in amore conjugiali, quod illis aperta sint interiora, et in iis regnum Domini, et quod ii receptibiles amorum coelestium, n. 2737. Quod ex amore conjugiali sit amor mutuus, n. 2737, 2738. Quod ex conjugio boni et veri existant omnes amores, quorum varietates sunt ineffabiles, et secundum consanguinitates et affinitates quales in conjugiis, n. 2739. Quod amor conjugialis non dabilis sit quam inter binas conjuges, n. 1907, 2740. Quod amor conjugialis seu bonum et verum continue influat, sed quod vertatur secundum receptionem, n. 2741. Quod sit instar amoris conjugialis apud quosdam, ex causis multis, quae recensentur, sed quod usque non sit amor conjugialis, n. 2742. Quod amor lascivus semuletur amorem conjugialem, n. 2742. Quod canis Cerberus significet custodiām ne transeat a jucundo amoris conjugiali coelestis ad jucundum amoris conjugialis infernalis, n. 2743. Quomodo progressiones fiunt ab amore conjugiali ad celestia, et ab altera parte ad infernalia, per jucunda et per liberum, n. 2744. Quales sunt qui non amant maritos, sed eos vilipendunt, n. 2745. Quod amor conjugialis sit coelum, representatur in regnis naturae, in nymphis quaerunt volatiles, n. 2758. Quod simplices fide, qui in amore conjugiali vixerunt et conscientiam habuerunt, in coelum veniant, n. 2759, de adulteriis, n. 2746 et seq. Quod in Domino conjugium divinum boni et veri ex quo conjugium coeleste, ostensum, n. 2803. De conjugio divino, et de conjugio caelesti, n. 2803. Quod per Jesum Christum significetur conjugium divinum, n. 3004, seq. vide *Christus*. Quod matrimonia non contraherent cum filiabus gentilis representativum fuerit ne bonum et falsum ac malum et verum conjungerentur, n. 3024, fin. ubi in Verbo agitur de conjugiis, significatur conjugium coeleste quod est boni et veri, et in supremo sensu conjugium divinum quod in Domino, n. 3132. Quod reformatio quae est initiatio et conjunctio veri et boni se habeat sicut virgo cum disponatur et dein cum copulatur marito, n. 3132. Quod inter bonum rationale Domini et verum e naturali non fuerit conjugium sed foedus instar conjugialis, sed quod unio divine essentiae cum humana et humanae cum divina sit conjugium divinum, n. 3211. Quod permissum illis qui in externis, representati causa, ad uxorem adjungere concubinam, non autem illis qui in internis sunt, et qui in bono et vero, ideo non Christianis, quibus est adulterium, n. 3246. Quod coelestes sint ea conjugio boni et veri, non spirituales qui sunt dicti filii concubinarum, n. 3246. Quod conjugia contraherent intra gentis suae familiias, ut representarent coelum, et societatum ibi conjunctiones quoad bonum et verum, n. 3665. Conjugium coeleste, seu conjugiale boni et veri non fit inter bonum et verum unus gradus, sed inter utrumque superioris et inferioria ut inter exterrum

## C O

hominis et internum, et sic amplius, illustratum, n. 3952. Quod in singulis Verbi sit conjugium coeleste et in supremo sensu conjugium divinum, seu Dominus, n. 4137, f. Quod conjugia et quae conjugiorum sunt significant bona conjunctionem cum vero, ostensum, n. 4434. Qui compresserit virginam, quod ducat illam in uxorem, n. 4444. Quod non contraherent conjugia cum gentibus, quod eset ne idolatræ fierent, et ne mala et falsa cum bonis et veris commiscerentur, n. 4444. Sed quod licitum conjugia ducere cum gentibus quae cultum Jehovæ receperunt, qui peregrini vocantur, n. 4444. Quod conjugium representaret conjugium coeleste, quod est boni et veri, n. 4834. Quod ubi ecclesia non permittatur plures uxores habere sed apud Judeos, quia ibi non ecclesia, n. 4837. Quod lumbi corrispondent amori conjugiali, et quoque organa generationis, ab experientia, n. 5050 ad 5062, vide *Lumbi, Genitalia*. Quod illi in statu pacis sint, n. 5051, 5052. Quod in intimo coelo et sapientissimi, n. 5052, quia amor conjugialis est fundamentalis omnium amorum, n. 5053. Qui in contrariis amori conjugiali vixerunt, quod dolorem incutiant lumbis et membris ibi, n. 5059, 5060. Quod in Verbo ubi de bono etiam de vero agatur, et quoque ubi de malo etiam de falso ob conjugium, n. 5138. Quod instar conjugii sit in omnibus et singulis naturæ, n. 5194. Quod conjugium boni et veri sit singulis Verbi, ita Dominus, seu Jesus Christus in singulis, n. 5502. Quod conjugium in supremo sensu sit ipsum divinum et divinum humanum in Domino, in sensu respectivo Dominus et coelum, hoc est divinum bonum et divinum verum ibi, n. 6179. Quod in singulis Verbi sit conjugium coeleste et conjugium divinum, ostensum, n. 6343, 8339, f. Quod in omnibus et singulis sit instar conjugii, illustratum, n. 7022. Quod conjugium coeleste et in supremo sensu conjugium divinum sit in omnibus et singulis Verbi, n. 7945 et 8339. Quod apud Judeos non conjugiale fuerit causa quia in internis in falso et malo erant, n. 8809. Quod illi qui ab ecclesia spirituali non in conjugiali sint priusquam in bono sunt et inde in veris, n. 8809. Quod bonum spirituale non possit conjungi illis qui in solis veris fidei et non in bono simul seu coeleste, n. 8981, 8987. Conjugium inter illos qui in veris absque affectione, qui viri, ex illis qui in affectione veri ex jucunda amoris naturalis, quod sit cum amor illis fiat pro mediis et non pro fine, n. 8995. Quod conjugia inter illos qui sunt ex diversa religione sint nefaria, n. 8998. Quod hodie non plures uxores nec concubinam ad uxorem liceat habere, causa, n. 9002. Quomodo conjunctio boni et veri illegitima fit legitima, illustratum, n. 9182, 9184. Desponsatio quod sit conjunctio prima, quae interni hominis absque externo, conjugium conjunctio est externi, ostensum n. 9182. Quod in singulis Verbi sit conjugium boni et veri, illustratum, n. 9263, 9314. Conjunctio boni et veri representata est per binas conjuges tum per binos fratres, eam differentia, de qua, n. 9806. Conjugia quod sint sanctissima, et adulteria maxime prophana, n. 9961. Doctrina de conjugio, n. 10167 ad 10175. Quod amor vere conjugialis sit unio duorum mentium ex conjugio boni et veri, illustratum n. 10168, 10169.

## C O

Quod jucundum eis sit internum et **externum**, et quod sit coeleste, at externum absque interno sit terrestre, quale animalium, n. 10170. Quod non sciatur quid amor vere conjugialis nisi sit in bono et vero a Domino, n. 10171. Quod erit inter unum maritum et unam uxorem, n. 10172. Quod imperare in conjugio destruet illum, n. 10173. Quod conjugia sancta sint, et ideo non lèdenda, n. 10174. Quod adulteria sint prophana et sint ex inferno, n. 10174. Quod qui jucundum in adulteris capiunt, non amplius credant illa quæ ecclesie et coeli sunt, quia amor adulterii est ex conjugio mali et falsi, quod est infernale, n. 10175. Quod quidam ex quadam tellure perceptionem habeant num sit conjugiale, ex idea conjunctionis boni et veri in mentibus eorum, de qua, n. 10756. De more eorum elegendi sibi uxorem in quadam tellure in universo, n. 10837. Quod modo unam uxorem habeant, quia plures sit contra ordinem divinum, n. 10837, f.

**CONJUNCTIO.** Quod Domini divinae essentiae cum humana sit unio, at Domini cum homine conjunctio, n. 2021. Conjunctio quod sit boni, adjunctio quod sit veri naturalis cum rationali, n. 3514. Processus conjunctionis unius boni cum alio, quod mutua agnitio, convenientia, affectio, initatio, ad conjunctionem, n. 3809, 3810. Quod omnis conjunctio requirat reciprocum, ita reciprocum est consensus, n. 6047.

**CONSANGUINITAS** vide *Affinitas*.

**CONSCIENTIA**, vide etiam *Vincula* et *Perceptio*. Quod conscientia formetur per vera fidei, n. 1077. Quod conscientia apud hominem spiritualem sit conscientia recti, n. 986, f. Qualis conscientia apud hominem regeneratum, n. 977. Quod nova voluntas sit conscientia, n. 1023, 1043. Quod conscientia sit intermedium inter Dominum et inter hominem, n. 1862. Quod Dominus regat hominem per conscientiae vincula, si non ei conscientia, per vincula externa, n. 1835. Quod conscientia sit vera, spuria et falsa, n. 1033. Quod conscientia sit in parte intellectuali, n. 863, 865, 875, 1023, 1043. Est tentatio spiritualis, cum impugnatur conscientia, n. 847. Quod dolor conscientiae sit ex pugna spirituum malorum et angelorum, n. 227. Quod mali genii et spiritus imprimis destruere conentur conscientiam, n. 1820. Qui perceptionem habet, novit singularia particularium, et particularia communum veritatem; non ita qui conscientiam, n. 865. Apud hominem non regeneratum, quod nulla conscientia, si aliquid, quale sit, n. 977. Qui fidem separant actualiter a charitate, quod nullam conscientiam habere possint, n. 1076, 1077. Qui credunt cultum et Verbum esse pro vulgo, ut teneatur in vinculo conscientiae, quod in domicilio diaconum sint, n. 950. Quod adulteris nulla conscientia, n. 827, nec præstigiatricibus seu sirenibus, n. 831. Qui mali, in altera vita per conscientiam puniri nequeant, quia nullam habuerunt; qui conscientiam habuerunt, inter felices sunt, n. 965. Conscientia unde, n. 1919. Quod conscientia non dabilis sit absque charitate, n. 1919. Qui conscientiam habent, quod omnes in bono charitatis sint, n. 2380. Quod conscientia per vera fidei formetur, et quod eo melior conscientia, quo vera fidei magis genuina, n. 2053, 2063, f.

## C O

Quod interior cogitatio iis a Domino, qui conscientiam habent, aliter qui non habent, n. 1935. Quæ differentia inter perceptionem et conscientiam, n. 2144. Quod cogitatio sit ex perceptione, ex conscientia, et ex nulla conscientia, n. 2515. Quod cogitatio sit ex conscientia illis qui habeant, ex nulla conscientia illis qui non habent, n. 1914, 1919. Quod non rationales sint, qui non conscientiam habent, n. 1914, 1944. Quod simplices fidei, qui in amore conjugiali vixerunt, et conscientiam haberunt, veniant in cœlum, n. 2759. Quod qui conscientiam habent non jurent minus qui perceptionem, quare a Domino interdictum est jurare, n. 2842. Quod conscientia formetur in bono et vero spirituali, tum in justo et sequo, et in honesto et decoro, quæ sunt bona, quæ sibi succedunt, n. 2915. Quod tria plana in qua Dominus operetur, conscientia interior, quæ est boni et veri spiritualis, conscientia exterior quæ est boni et veri naturalis, et civilis seu justi et æqui, et extimum planum propter illa quæ sunt amoris sui et mundi, de quibus, n. 4167. Quod conscientia sit nova voluntas et novus intellectus a Domino, n. 4209. Conscientia boni, quod sit ex bono quod ex vero, n. 4309. Qui abesse conscientia sunt quod in externis solis sint, n. 4459. Quod conscientia sit terminus ubi planum terminatur in exteriori rationali, vel interiori naturali, quæ terminat ut quiescere ibi possit divinum quod influit; perceptio autem, quod sit in interiori rationali, n. 5145. Quod conscientia sit duplex, id est, boni et veri, ac justi et æqui, n. 5145. Conscientiosis de quibus, quod corrispondant pituitosis cerebri, n. 5386, ubi quid anxi sentitur, cum homo confert ad malum, indicium est quod reformari queat, n. 5470. De conscientiosis, quales sunt in altera vita, n. 5724. Quod angelorum influxus sit in illa quæ sunt conscientiae hominis, n. 6207, 6213. Quod conscientia interior sit quæ boni et veri spiritualis, et conscientia exterior quæ justi et æqui, et quod sit conscientia falsa cum omnia faciunt sui causa, n. 6207. Qui in conscientia falsa seu in externis vinculis sunt, bene possunt fungi officia eminentioribus et facere bona secundum vincula illa, n. 6207. Qui ex bono naturali faciunt bonum et non ex doctrina religionis, quod non salvari queant, et quod illis non conscientia, n. 6208. Quod angi propter privationem veri et boni, mere naturales putant esse debilitas et ægritudo animi; quia illis nulla conscientia, illustratum, n. 7217. Conscientia quod ex veris fidei nascatur et quod insident memoriae interiori ubi fiunt familiaria, sicut quæ in corpore, n. 7935. Quod illis qui ab ecclesia spirituali conscientia veri sit, n. 8081. Doctrina de conscientia, n. 9112 ad 9122. Quod sit ex religioso, n. 9112. Quod sit ex veris fidei, secundum receptionem eorum in corde, n. 9118. Quod qui conscientiam habent ex corde loquuntur et faciant, et quod melior conscientia apud illustratos et intelligentes, n. 9114. Quod conscientia sit nova voluntas et ex charitate, n. 9115. Quod conscientia formetur per vera fidei, n. 9116. Quod vita spiritualis hominis sit e conscientia, n. 9117. Quod in tranquillitate et beatitudine sint, qui faciunt secundum conscientiam, et vicissim, n. 9118. Quod sit conscientia boni et conscientia justi, de quibus,

## C O

n. 9119. Duo exempla de lucis et dignitate, ad illustrandum quid conscientia, n. 9120. Quales qui non habent conscientiam, nec sciunt quid conscientia, n. 9121. Quod qui in mundo non haberunt conscientiam nec habeant in altera vita, n. 9122. Quod conscientia sit planum et receptaculum influxus boni a Domino, n. 9122.

**CONSENSUS.** Ut verum conjugatur bono, erit consensus ab intellectu et voluntate, ac cum est a voluntate, tunc conjunctio, n. 3157, 3158.

**CONSOLATIO.** Quod consolatio post temptationem, et quod illa insinuat in bonum, n. 2821. Quod omnis consolatio per bonum et ex bono, n. 2821, 2841. Consolari quod sit sedare irrequiem animi spe, n. 3610, 6577, 6578. Loqui ad cor, quod sit consolatio, n. 6578.

**CONSUMATIO.** Quod consumatum malum, et consumatio quid, n. 1857. Consumatio quid, nempe cum malum ad summum pervenit in ecclesiis, de quibus, n. 2243. Consumatio saeculi et adventus Domini, quod sit ultimum tempus ecclesiae prioris et primariae novae, n. 4535, 10622. Consumatio quod in communi sit finis ecclesiae, et in particulari finis cuiusvis de qua, n. 10622. Consumatio et consumatum, cum malum ad summum sit perducendum, ita in communi et in particulari, n. 1857, 2243, 10622.

**CONTEMPTUS** aliorum præ se, vide *Amor sui*.

**CONTESTARI**, quod sit aversus esse, n. 5584.

**CONTINGENTIA**, quod sint omnia in providentia, et quod sint providentiae, n. 5508.

**COVENIRE.** Conventus cum de Domino, quod sit presentia et influxus ipsius, n. 10147, 10148, 10197. Tentorum conventus, quod sit externum Verbi, ecclesiae et cultus in quo interna, n. 10547, vide *Tentorum*.

**CONVIVIUM.** Quod sit cohabitatio, ostensum, n. 2341. Quod convivia et comediones apud antiquos significant appropriationem et conjunctiōnem per amorem et charitatem, n. 3596, vide etiam *Edere et Panis*. Convivium, quod sit initiatio ad conjunctionem, et quod id significetur per convivia apud antiquos, n. 3832, 5161. Quod convivia, coenæ et prandia fuerint antiquis temporibus, causa consociationis per amorem, ac instructionis, et quod conviviorum fines hodie sint in contrarium, n. 3596, 7996. Quod coena paschalis representaret consociationes in cœlo, n. 7836, 7997.

**CONVOCATIO** sancta, quod sit ut omnes simul sint, n. 7891.

**COQUERE.** Coctum aquis, quod sit quod exit ex vero fidei, ostensum, n. 7857. Coquere et elixare die sexto ad sabathum, quod sit preparatio ad conjunctionem, n. 8496. Coquere ad conjunctionem boni, et elixare ad conjunctionem veri, ostensum, n. 8496. Cöquere carnem quod sit preparare ad usum vitae, ostensum, n. 10105. Coctum aquis quod sit quod ex doctrina veri, n. 7857. Olla, quod sit doctrina, n. 10105.

**COR.** Cum resuscitatur homo, quod angeli coelestes teneant cordis provinciam, n. 170, 172, 176. Quid fulcire cor, n. 2166. Quod ex corde et anima, sit ex omni voluntate et intellectu, n. 2930. In ore esse, quod sit quod externum est et procedit ex vero, in corde autem id quod internum et procedit ex

## C O

bono, n. 3313. Quod cor corresponeat cœlestibus et pulmo spiritualibus, n. 3635. De maximo homine, et correspondientia cordis et pulmonum, n. 3883 ad 3896, vide etiam *Respiratio*. Quod communes operationes cœli apud hominem observatae in cerebrum, in respirationem pulmonum, in cor et in renes, n. 3884. Quod cordis vices se insinuant in pulmonicas, n. 3884. Quod in cœlo sit pulsus cordis et respiratio pulmonum, n. 3884. Observatus in cœlo pulsus cordis et respiratio, n. 3885. Quod pulsus et respirations multiplices sint in cœlo, secundum societas et status fidei et amoris eorum, n. 3886, 3887. Quod cœlestium sermo percipiat a spiritualibus sicut pulsus cordis, n. 3886. Quod in cœlo bina regna sint cœlestes et spirituale, et quod celestes pertineant ad provinciam cordis, spirituales ad pulmonum, n. 3887. Quod influxus cordis sit in pulmones, similiter in toto corpore, et quod habeant se sicut bonum amoris et verum fidei, n. 3887, 3888, 3889, 3890. Quod voluntati corresponeat cor et intellectui respiratio, n. 3888. Experiencia de correspondentia cordis cum illis quæ amoris sunt et pulmonum cum illis quæ sunt fidei, n. 3889. Furari cor, quod significet mutationem status quoad bonum, n. 4112, 4113, 4133. Loqui ad cor quod sit fiducia, n. 6578. Cor obdurari et obsfirmari, quod sit obstinatio, n. 7272, 7300, 7305. Cor quod sit intimum, quia est voluntatis ita amoris, n. 7542. Corde egredi quod sit voluntate, n. 8910. Quod cor sit vita amoris, et anima vita fidei, ostensum, n. 9050. Quod cor sit voluntas, n. 9113. Quod communicatio veri et boni in intellectu et voluntate sit sicut cordis et pulmonum, n. 9300, 9494. Quod cor sit amor et voluntas, n. 10336, vide etiam *Amor, Voluntas, Bonum, Anima, Respiratio*.

**CORBIS.** Quod sit voluntarium quatenus continens bonum, ostensum, n. 5144. Corbes perforati quod sint voluntaria absque terminatione in medio, n. 5145. Corbis seu canistrum quod sit jucundum sensuale, et predicitur de bono, scyphus seu poculum quod sit scientificum sensuale quod ultimum et praedicitur de veris, n. 9996.

**CORIUM**, vide *Cutis*.

**CORNU.** Quod significet potentiam veri ex bono, et in opposito sensu potentiam falsi ex malo, n. 2832, etiam cornu altaris, n. 2832. Cornu ferire quod sit destruere falsum per potentiam veri, et in opposito verum per potentiam falsi, n. 9081. Quod per cornua super quatuor angulis altaris sit potentia omnimoda, n. 9719, 9720, 9721. Cornua quod sint potentiae veri ex bono, ostensum, n. 10182. Cornua quod sint exteriora, n. 10186.

**CORONA.** Quod sit divinum bonum ex quo divinum verum, n. 9930.

**CORPUS.** Regeneratur homo ut externa prestant obsequia internis, n. 911, 913. Quid abduci a corpore seu descrire num in corpore seu extra corpus, n. 1883. Quod instar animæ et corporis sit in singulis apud hominem, n. 1910. Quod omnia quæ in corpore humano representent spiritualia, quæ in regno Domini, n. 2996, 2998, vide *Representationes*. Quod angelorum cogitationes et locutiones se habeant sicut interiora in corpore respective ad formam corporis externam, n. 3342 et seq. De spiritibus qui apparent ut corpori, et sunt qui

## C O

se spectarunt in omnibus et singulis, n. 4221. Quod corporeum in se spectatum sit receptaculum sensationum; ita quoque corporeum vivum est simul cum illis, n. 5077. Quod homo non corpore resurgat, sed quod statim post mortem, et quod tunc in corpore sit, illustratum n. 5078. Status ejus corporis in altera vita describitur qualis, n. 5079. Quod illa apud hominem quæ transuent a cogitatione ad loquaciam et a voluntate in actu, ita in corpus, secundum influxum communem per correspondentias fluant, n. 5862. Quod corporeum hominis appareat spiritibus ut moles nigra, at illorum qui in fidei bono, ut ligneum, experientia, n. 5865. Quod sint spiritus qui apparent crasso corpore, quod sint qui prorsus confirmaverunt contra divinum, et sic clauerunt sibi interiora, n. 5991. Quod corporea hominis regantur ex influxu communis, n. 5990. Corpus, quod sit bonum amoris, illustratum et ostensum, n. 6135. Corpus quod sit receptaculum boni, n. 6135. Quod in corporis actiones et loquaciam sit influxus communis, n. 6192, 6211. Quod cogitationes mundanæ et corporeæ discutiant ideas coelestes, experientia, n. 6309. De spiritibus corporeis, n. 6318. Quod sit correspondentia gestuum corporis cum affectionibus mentis, n. 7596. In corpore venire, cum dicitur de servis, quod sit cum vero absque jucundo, n. 8977, 8978, 8984. Quod a capite per collum in corpus correspondeat influxui regni coelestis in regnum spirituale, n. 9913, 9914. Quod anima sit esse viæ hominis, corpus existere inde, n. 10823.

**CORRESPONDENTIA.** Quæ in externo homine correspondunt, et non correspondent in interno, n. 1563, 1568. Quod inter Dominum et hominem detur parallelismus, et correspondentia quoad coelestia, n. 1831, non quoad spiritualia, n. 1832, vide etiam *Representatio*. Quod leges latæ de servis se referant ad correspondentias, ad representativa, et ad significativa, n. 2567, versus f. Quod plura in verbo oriunda sint ex representativis in altera vita, et ex correspondentiis, n. 2763. Quid correspondentiae, n. 2763. De representativis et correspondentiis, n. 2987 ad 3003, vide *Representations*. Quod sensus literalis Verbi et sensus ejus internus corraspondent, n. 3131. De representationibus et correspondentiis, n. 3213 ad 3226, vide *Representations*. Cum homo in sancta cena, quod in correspondentia sit cum angelis, n. 3464. Quod unica vita, et quod illi vita correspondant formæ quæ sunt substantiae seu organa, quæ talia sunt qualiter corraspondent, et quod haec sit correspondentia vita cum organis, n. 3484. Quod apparet sibi rationale nihil videre nisi naturale corraspondeat, n. 3493. Quod cœlum corraspondat Domino, et quod homo quoad omnia et singula cœlo, et quod inde cœlum sit maximus homo, n. 3624 ad 3649, vide *Homo*. Quod Dominus sit sol cœli, et quod inde lux in qua intelligentia, et calor in quo amor, et quod inde correspondentiae, n. 3636, 3643. Continuatio de maximo homine et correspondentia cordis et pulmonum, n. 3883 ad 3896, vide *Cor et Respiratio*. Continuatio de correspondentia cum cerebro et cerebello, n. 4039 ad 4055, vide *Cerebrum*. Quod representaciones et correspondentiae dentur spiritualium in naturalibus,

## C O

et quod cognoscî possit a multis quæ apud hominem, et quæ homo novit, n. 4044, 4053. Quod gestus correspondentia affectionibus interni, de quibus, n. 4215. Continuatio de maximo homine et de correspondentia in genere, n. 4218 ad 4228. Quod correspondentia sit in singulis formis organicis in corpore, et earum partium partibus, n. 4222. Quod sit in functionibus eorum, ac ideo cum formis eorum, n. 4223, 4224. Quod sit non modo cum formis organicis conspicuus, sed etiam cum inconspicuus, per quos visus internus et affectiones, n. 4224. Quantum scientia representationis correspondentiarum praestit aliis scientiis, n. 4280. Quia dubitant de cœlo et inferno, quod non sciri possit quod influxus sit inde, et correspondentiae, n. 4322. De correspondentia sensus communis voluntarii et involuntarii, n. 4326 et seq. vide *Sensus*. Quod vita civilis correspondeat cum vita spirituali, illustratum, n. 4366. De correspondentia oculi cum intellectu et cum veis, et de correspondentia cum luce, n. 4403 ad 4420, vide *Oculus Lux Intellectus*. De correspondentia visus oculi et lucis cum maximo homine, n. 4523 ad 4533. Continuatio de maximo homine, et de correspondentia odoris et narium cum illo, n. 4624 ad 4634. Quod societas communis sint quæ constituant cœlum, et quod in quavis societate sint qui correspondent maximo homini, n. 4625. Quinam correspondent muco narium, n. 4627, vide *Nares*. De correspondentia auditus et auris cum maximo homine, n. 4652 ad 4660, vide *Auris*. De correspondentia gustus, linguae, faciei, n. 4791 ad 4805. De correspondentia manuum, brachiorum, humerorum, pedum, plantarum, calcaneorum, cum maximo homine, n. 4931 ad 4953. De correspondentia lumborum et genitalium cum maximo homine, n. 5050 ad 5062. Quod correspondentia sit exteriorum cum interioribus et quod in compositione mediorum administratorum erit correspondentia, illustratum a fine, causa et effectu, n. 5131. De correspondentia viscerum interiorum corporis cum maximo homine, n. 5171 ad 5189. Quod ex situ et influxu sciri possit ad quas provincias pertinent societas angelicæ, n. 5171. De correspondentia pertonæi renum, ureterum, vesicæ cum maximo homine, n. 5377 ad 5396. Quod nihil existat in naturali mundo quod non correspondentiam habet cum spirituali mundo, illustratum n. 5377. Si non correspondentia, quod internum appareat externo ab alienari et durum, n. 5422, 5423, illustratum per exempla, n. 5511. De correspondentia cum cute, ossibus et capillis, n. 5552 ad 5573. Quod per correspondentias fiat conjunctio internorum et exterorum, n. 8610. Quod per correspondentias conjungatur cœlum cum terra, n. 8615. Quod correspondentiae maximam vim habeant, et quod ideo Verbum scriptum sit per meras correspondentias, n. 8615. Quod omnia quæ in mundo in tribus regnis sunt, representativa spiritualia et coelestium regni Domini sint, citatum, n. 9280, fin. et quod omnia correspondentiae sint, citatum, n. 9280. De correspondentia hominis et omnia apud hominem cum cœlo, n. 10030, fin. Quod correspondentiae omnium membrorum corporis sint cum cœlo, ostensum ex statua Nebuchadnezoris, n. 10030, et quod caput cœlo intimo,

L

## C U

- pectus et corpus medio, at crura et pedes cœlo ultimo, n. 10030. Quod scientia correspondentiarum fuerit apud orientales, ostensum, sed quod dein oblitterata, præcipue in Europa, n. 10252.
- CORRIGIA**, calcei quid, n. 1748.
- CORRUMPERE**. Quod prædicetur de intellectualibus, ita de persuasionibus, n. 622. Corrumpi, quod sit avertere se a divino, n. 10420.
- CORTINÆ**, vide *Aulea*.
- CORVUS**. Quod corvi sint falsitates, n. 866.
- CORYLUS**. Quod sit verum naturale, n. 4014.
- COSTA**. Quod sit proprium carum, n. 147, 148, 149. Costæ cum sint latera, vide *Latera*.
- COTURNIX**, vide *Selav*.
- CRABRO**. Quod sit formido illorum qui in falsis mali, n. 9331, vide *Insecta*.
- CRANUM**. Quod dolores sentiantur in variis locis, qui existunt a falsis quæ ex cupiditatibus, n. 5563.
- CRAS, CRASTINUM**. Quod sit in æternum, n. 3908. Quid cura et sollicitudo pro crastino, et quinam in illa, et quinam non in illa, illustratum, n. 8478, 8480, fin. Quod postridie seu crastinum, cum de gente Judaica, sit duratio usque ad finem ecclesiæ, n. 10497.
- CREARE**. Quod sit regenerare, n. 1688. Distinctio inter creare et facere, n. 472. Historica creationis in primis capitibus Geneseos, quod sint historica facta, illustratum ex variis ibi, n. 8891, 9042. Quod creare sit reformare et regenerare hominem, ostensum n. 10373. Creare quod sit a novo formare, quod sit quale, et facere sit effectus, n. 10373. Quod in primis capitibus Geneseos instauratio ecclesiæ cœlestis describatur, n. 10545. Creari quod sit a divino esse a primis ad ultima seu ab intumis ad extima, n. 10634.
- CRESCERE** in multitudinem, quod sit extensio ab intimo, n. 6285.
- CRIBRUM**. Quod opus reti circum altare, quod sit sensuale, illustratum, n. 9728.
- CRINIS**, vide *Pilus*.
- CRITICUS**. Quod idea criticorum appearant in mundo spirituali instar linearum clausarum, n. 6621.
- CRUDELITAS**. De infernis crudelium, vide *Infernum*. Quod adulteri sint crudeles, n. 824. Cruelitates in quas phantasias vertuntur in altera vita, n. 954. Infernum crudelium adulterorum, sub pede dextro ubi tales ex gente Judaica ab experientia, n. 5057, quam crudeliter tractaverint gentes ex jucundo, n. 5057. Quod crudeles in infernis excrementitiis, et ibi cadaverosa, n. 5394.
- CRUDUM**, quod sit absque amore, n. 7856.
- CRUS**. Caput super cruribus et medio, quod sit ab intimo ad externum, illustratum, n. 7859. Crura bestiarum quod sint naturalia, quia involvunt etiam pedes, aliter apud homines, ostensum, n. 10050.
- CRUX**. Quod sit verum divinum, quod a Judæis contumeliis affectum, flagellatum et crucifixum, n. 2313. Passio crucis quod fuerit ultimum tentationis, et non secundum fidem hodie, illustratum, n. 10659, vide *Dominus*.
- CUBARE**. Quod sit status tranquillitatis, ostensum, n. 3696.
- CUBICULARIUM** Pharaonis, quod sint interiora scientificorum, n. 4789, 4905.
- CUBICULUM**, vide *Domus*.

## C O

- CULINA**. Binæ mulieres in culina, n. 2125.
- CULTER** qui ad sacrificia, quod sit verum fidei, vocatur gladiolus, tum qui ex lapide ad circumcissiones, n. 2799, vide *Gladius*. Quod culter raro nominetur in verbo, est quia sunt cultrarii, de quibus, n. 2799, fin.
- CULTUS**, vide etiam *Ecclesia*, *Externum* et *Internum*. Cultus externus et internus, n. 1803. Qualis homo internæ ecclesiæ et qualis externæ, n. 1098. Quod interna vivificant cultum, n. 1175. Qui in externo cultu sunt, quod internum in illo habeant si charitate, n. 1100, 1151, 1153. Quod homo sit in cultu, cum in amore et charitate, n. 1618. Quod ecclesia fuerit una, si omnibus charitas tametis quoad cultus externos et quoad doctrinalia different, n. 809, 1285, 1316, 1798, 1799, 1834, 1844. Quod cultus sit activum quoddam ex cœlesti, n. 1561. Quod ex cultu sciatur quales fines, n. 1571. Quod cultus externus absque interno sit nullus cultus, n. 1094. Quod cultus reddatur externus ne prophænet internum, n. 1327, 1328. Quod cultus externus esse debeat, n. 1618. Quid cultum internum facere externum, n. 1175. Quid cultus fictus, n. 1195. Quod cultus solum externus iis qui non credunt vitam æternam, n. 1200. Quod cultus externus eo magis sit prophanus, quo interiora sunt prophana, n. 1182. Quod Babel sit cultus in quo amor sui, ita prophanum, n. 1326. Quod omnis cultus divinus esse debeat ex libero, n. 1947. Quod in omni cultu erit humiliatio, n. 2327. Quod sanctum cultus sit secundum quantitatem et qualitatem veri fidei implantati in charitate, n. 2190. Quod Judæi in cultus sancto externo potuerint teneri absque sancto interno, illustratum, n. 4293. Cultus ex bono, quod sit vere cultus, at ex vero absque bono, quod sit cultus externus, n. 7724. Quod cultus verus sit vita secundum præcepta fidei, n. 7884. Quod cultus sit ex interioribus scientificorum ecclesiæ, quæ sunt doctrinalia, n. 9922. Quod vere cultus et vere amor Domini sit facere præcepta ipsius, illustratum et ostensum, n. 10143, 10153. Quod cultus qui placet sit a Domino apud hominem, sed non ab homine, n. 10203. Cultus quod sit vel ex bono spirituali, vel ex bono cœlesti, n. 10242. Cultus divinus a spirituali qualis, et a cœlesti qualis, n. 10295. Quod omne cultus quod vere cultus sit a Domino, et non ab homine, illustratum, n. 10299. Quod cultus applicatus ad amores hominis sit infernalis, sed quod erit ad amores cœlestes, n. 10307, 10308, 10309. Imitari affectiones sicut cœlestes in cultu, quod sit infernale, n. 10309. Si homo coletur pro Deo quod spiritus infernales colantur, illustratum, n. 10642. Quod Dominus velit cultum et gloriam ab homine propter hominis salutem, et quod hoc sit gloria ipsius, illustratum, n. 10646.
- CUMULUS**, vide *Acervus*.
- CUPEDIE**, vide *Gustus*.
- CUPIDITAS** quod sit foedi cuiusdam amoris, n. 1666.
- CONCUPISCERE** quod sit velle ex malo amore, et quod concupiscentia sit voluntatis in intellectu, et continuum amoris ac sicut ejus respirationis vita ostensum, n. 8910. Quod non concupiscere illa quæ proximi sunt, sit ne transeant in voluntatem, n. 8910.
- CUPRUM**, vide *Æs*.

## D A

**CURA.** Quid cura et sollicitudo pro crastino, et quiam in illa, et non in illa, illustratum, n. 8478, 8479, fin. 8480, fin.

**CURARE**, vide *Sanare*.

**CURRUS.** Quid currus ignis Eliæ, n. 2760. Quod sit doctrina, ostensem, n. 5325. Vehicula Ægypti quod sint doctrinalia scientificorum de quibus, n. 5945. Pharaonis seu Ægyptiorum equi, quod sint scientifica ex intellectuali perverso, equites ratione falsa inde, currus doctrinalia falsi, exercitus falsa, n. 8146, 8148. Quod currus qui vehunt, et curtus cum quibus pugnant sint doctrinalia in utroque sensu. Sed haec ad pugnam instructa et quod hoc ex representativis in altera vita, n. 8215. Quid rotæ vide *Rotæ*.

**CURVARE** se, cum prædicatur de leone, quod sit in potentiam se mittere, n. 6369.

**CUSCH**, vide *Æthiopia*.

**CUSTODIA**, **CUSTODIRE**, vide *Carcer*. Dari in custodiā, quod sit rejectio, n. 5083, 5101. Quod sit separatio, n. 5456. Custos et custodia quod dicatur de Domino, tum de prophetis et sacerdotibus, ita de Verbo, ostensem, n. 8211, fin. Custodire, quod sit memoria, n. 9149. Custodire precepta, et similia, quod sit vivere secundum illa, illustratum, n. 8767. Custodire quod sit vinculis tenere, n. 9096. Custodire cum de Domino, quod sit prædicia et custodia, n. 9304.

**CUSTOS**, vide *Custodia*.

**CUTIS.** Quod pelvis et cutis sint externa, ostensem, n. 3540, de correspondientia cutis cum maximo homine, n. 5552 ad 5559. Quod cuticulares sint introitu ad cœlum, n. 5553. Quod fidem alii habuerint, modo id confirmaverint ex sensu literæ Verbi, n. 5554. Quod modo communia fidei sciverint, inde seducti a malitiosis, n. 5555. Cuticularium quod, multa differentia, n. 5555. Qui cutem squamosam referunt, quod ratiocinentur de omnibus num ita sit, et ipsi nihil sciant, n. 5556. Qui cutem minus sensitivam constituunt, quod sint qui blaterarunt, et vix sciverant quid dixerunt, n. 5557. Quod cuticulares et experiantur num ita sit, ex fluentia soni, si renisus ab interiori, n. 5558. Conformatio cutis ostensa, quod pulchra apud regeneratos, et tetra apud malos, n. 5559. Qui solun in veris fidei, et non in bono secundum illa, quod in ultimis cœli sint, et constituant referantque cutim, n. 8980. Quod cuticulares in cœlo repræsentati sint per servos hebraicos in ecclesia repræsentativa, n. 8977, 8980. Pelvis et cutis quod sit falsa in ultimis, n. 10036.

**CYANUS**, **ACHATES**, **AMETHYSTUS**, quod sit spiritualis amor boni, seu bonum internum regni spiritualis, n. 9870.

## D.

**DAMASCUS** quid, n. 1715, 1796.

**DAN.** Quod sit ultimus terminus, n. 1710. Quod in supremo sensu significet justitiam et misericordiam, in interno sanctum fidei, in externo bonum vitæ, n. 3921, 3923. Quod sit affirmativum et agnitus veri illius prima, ita primum hominis regenerandi, sed ultimum hominis regenerati, ostensem, n. 3923. Quod sint qui in vero et nondum in bono, n. 6396. Quod sint qui in ultimo regni Domini,

## D E

quia ex vero bonum faciunt, et non ita ex bono, n. 6396. Quod sit tribus ultima, n. 10335.

**DANIEL.** Quod per Danielē repræsentetur propheticum de adventu Domini et de statu ecclesiæ, n. 3652.

**DARE.** Per quod pater dederit, cum de Domino, quod sit quod sibi ipsi dederit, n. 3705, fin.

**DAVID.** Quod David pro Domino, ubique in Verbo, n. 1888, etiam, n. 9954.

**DEBILIS** oculis quod sit quoad intellectum, n. 3820.

**DEBORAH** matrix Rebeccæ, quod sit malum hæreditariū, n. 4563.

**DECALOGUS**, vide *Lev.*

**DECANTATIO** terræ, quod sit eximiora ecclesiæ, n. 5618.

**DECEM.** Quod decem et decimæ sint reliquiae, n. 576, 1738, 1906, 7284, pr. et fin. Quod centum idem ac decem, n. 1988. Decem quod sint omnes, n. 4638. Decimum mensis quod sit statum initiationis interiorum, etiam et decimus dies, n. 7831. Decima pars, quod sit quantum satis, n. 8468, 8540, ita quoque quantum ad usus, n. 9756.

**DECIMÆ** quod sint reliquiae, n. 576, 1738. Quod bis decimæ sit bonum reliquiarum, bonum tam cœleste quam spirituale, n. 2280.

**DECIMUM QUINTUM**, quod sit status novus ita principium sequentis periodi, n. 3400.

**DECLINARE**, quod sit ad falsum, n. 4815, 4816.

**DECOLLARE**, vide *Collum*.

**DECORUM.** Quod vera sint formæ boni, illustratum ab honesto et decoro, de quibus, n. 4574.

**DECUS.** Quod sit divinum verum in forma exteriori tum ejus splendor, ita quoque ecclesia spiritualis ostensem, n. 9815.

**DEDAN**, quid, n. 1172, quod Scheba et Dedan sint cognitiones ecclesie et derivationes veri ibi seu doctrinalia charitatis et fidei et illi qui in illis sunt, n. 3240, quod Scheba et Dedan non sint pronepotes Chami seu filii Ramæ, sed nepotes Abrahami ex Keturah, n. 3240, p. 219. Quod Scheba sint proprie illi qui in bono fidei et Dedan qui in vero ex bono, n. 3240, fin. 3241, pr.

**DENS.** Stridor dentium quod sit collisio falsorum cum veris fidei ab eis qui concludunt ex fallaciis sensuum. et inde falsis, ostensem, n. 4424, f. [vide etiam explicatio significationis dentium in Apocalypsi Explicata, n. 556]. De correspondientia dentium, n. 5565 ad 5568. Quod sint illi qui vix aliquid vitae spiritualis residuum habent, n. 5561. De latrone cui facies nulla, sed rictus et dentes, n. 5566. Quidam subsannator etiam absque facie et loco ejus dentes, n. 5567, hujus generis *Bonlie mihi* videtur. Quinam sunt qui strident dentibus, quod sint qui contra divinum pro naturam, n. 5568. Dens quod sit intellectus exterior et inde verum naturale, ostensem, n. 9052. Cum de servo, quod sit sensuale, n. 9062.

**DEORSUM**, spectare sursum, et spectare deorsum, quid, n. 6952, 6954, vide *Elevatio*.

**DEPOSITUM.** Cibus ad depositum terræ, quod sit ad omnem usum naturalis, n. 5299.

**DESCENDERE**, cum prædicatur de Deo, quod sit ad judicium, n. 1311, quod descendere involvit dejectionem ad malum, sicut ascendere elevationem ad bonum, illustratum, n. 4815, vide etiam *Ascendere*. Ascendere quod sit versus interiora, et descendere

## D E

versus exteriora, n. 5406. Descendere, quod etiam sit vita cum id simile est cum ire, n. 5637. Descendere cum dicitur de Domino, quod sit ad inferiora, n. 6854.

**DESERTUM.** De Judæis latronibus in deserto, n. 940, 941. Quod sit id parum vitale adhuc, n. 1927, quod sit parum habitatum et excultum, etiam prorsus non habitatum et excultum, ostensum, n. 2708. Desertum quod sit prorsus non habitatum et excultum etiam sit in duplo sensu, nempe de illis qui postea reformati, et de illis qui non reformati possunt, n. 2708. Quod desertum etiam sit tentationes, n. 2708, nempe quod sit vastatio boni et desolatio veri et quod sit tentatio, quod desertum capiatur in vario sensu, n. 3900. Desertum cum predicator de ecclesia ubi non bonum et inde non verum, n. 4736. Desertum quod sit status temptationis, aliquantum est ostensum, n. 6828. Desertum quod sit ubi non conjunctio veri immediate a Domino procedentis, cum vero quod mediate, n. 7055. Desertum, quod sit obscurum fidei, n. 7313. In desertum, cum ei adjunguntur quadraginta anni, vel menses, vel dies, quod sit status subeundi temptationes ad confirmanda vera et bona fidei, ostensum, n. 8098. Ros et manna super facies deserti quod sit novum voluntarium, n. 8457. Desertum quod sit jucundum sensualis et sensuale, n. 9341.

**DESOLATIO,** vide *Vastatio*.

**DESPERATIO.** Quod temptationes secum habeant desperationem de fine, n. 1787. Causæ cur illi qui regenerantur, in desperationem redigantur, n. 2094. Desperatio, quod apud regenerandos sit de vita spirituali, n. 5279. Quod sit ultima vastationis et desolationis, causa, n. 5280. Perdesperations, desolationes et temptationes agnoscitur quod omne veri et boni a Domino, n. 6144. Quod qui in infestationibus et in temptationibus perducantur ad desperationem, n. 7147. Quod id fiat per subtractionem verorum, n. 7147, aliquid de statu desperationis, quod tunc putent se tradi infernalibus, n. 7155. Quod infestatio et tentatio perducenda sit ad desperationem, et quod alias deesset ultimum usus, ostensum a temptatione Domini, quod fuerit usque ad desperationem, n. 7166. Quod desperatio sit in temptationibus, et quod tunc loquuntur acerba, ad quæ tunc non attenditur quia tentatio est ad ultimum limitem potentie resistendi, n. 8165. Quod temptationes sint continuæ desperationes de salute, n. 8567.

**DEUS.** Quod Jehovah dicatur ab essentia, Deus a potentia, inde plures dicti Dei, n. 300, 3910. Cur dicatur Jehovah, cur Deus, n. 709, 732, 1096. Cur in Verbo Dominus dicatur Deus, n. 2001. Deus nominatur ubi de vero, Jehovah ubi be bono, n. 2986, 2769, 2807, 2822. Quia antiqui nomini Jehovah seu Dei adjecterunt aliquid quale, inde factum, quod postea plures deos coluerint, n. 2724 ad fin. Quod Deus dicatur cum de bono et vero spirituali, Jehovah autem cum de bono et vero coelesti, n. 3921, fin. Omne quod dixit Deus ad te fac, quod sit providentia Domini, n. 4101. Deus Schaddai benedic tibi, quod sit temptationes veri et boni per quas conjunctio, n. 3607. Quod plures Deos sibi fecerint ex diversis nominibus quibus Dominum in antiqua ecclesia insignive-

## D E

Quod qui in maximo homine sunt, in celis et in terris unum faciant, n. 2853. De homine libero, et quonodo a Domino vivit et ducitur per angelos et spiritus malos, vide *Liberum*. Quod omnes societas celestes ad aliquam provinciam in corpore pertinent et quod celum sit maximus homini, n. 2096, 2098, vide *Representationes*. Quod omnes partes corporis correspondent maximis homini, n. 3021. Quod homo non nascatur in verum naturale minus in verum spirituale, sed quod omne addiscat, alioquin foret brutus vilius, n. 3175. Quod homo ex se non vivat, sed quod organum recipiens vitæ, n. 3318. Quod celum correspondat Domino, et homo quoad omnia et singula celo, inde celum sit maximus homo, n. 3624 ad 3649. Quod angelii ex ordine celesti sciant omnia quæ in homine, n. 3626. Quod omne existat et subsistat per aliud, et connexum sit per priora cuun priuio, n. 3627, 3628. Quod vires extra et intra agant in omnes formas ut subsistant, vires extra quod sint non vitæ, vires autem intra quod sint vitæ, que sibi correspondebunt, n. 3628. Quod plures societas cœli sint, quibus unum organum et membrum correspondet, et quod quo plures eo fortius, n. 3629. Quod cognosci non posse quod effectus naturales sint a spiritualibus, quia prorsus aliter apparet, n. 3630, 3632. Influxus in musculos faciei, n. 3631. Quod celum sit immensum et pauci respective ex hac tellure, n. 3031. Quod influant spiritualia in naturalia, quod patet ab actionibus quæ voluntatis, et a loquela quæ flunt a cogitationibus, n. 3632. Quod ordo divinos terminetur in externis apud hominem, n. 3632. Quod spiritus et angeli apparet ut homines, unde, n. 3633. Quod homo sit exiguum celum, ex amore et charitate, n. 3634. Quod cor correspondent cœlestibus et pulmo spiritualibus, n. 3635. Quod Dominus sit sol cœli, et quod inde lux in qua intelligentia et calor in quo amor, et quod inde correspondentiae, n. 3636, 3643. Quod Dominus sit in supremo sensu maximus homo et quod in mundum venerit et humanum divinum fecerit ut omnia ad ipsum se referent, n. 3637. Quod qui in celo, sint in Domino, immo in ipsius corpore, n. 3637, 3638. Quod societas cœli constante sit intencient utcumque vertatur homo spiritus aut au-

## H O

gelus; et quod ex eo pateat quod cœlum sit maximus homo a Domino, n. 3634, 3639. Quod inferna quoque situm constantem habeant sub plantis pedum, et quod quidam inde apparent supra caput et alibi, sit phantasia, n. 3640. Quod qui in infernis situm oppositum habeant, capite deorsum, pedibus sursum, et sic quod unum agant, n. 3641. Quod Dominus sit centrum commune, et quisque centrum influxum in forma cœlesti, n. 3633. Quod versus infernum penetraverit cogitatio et loquela cum angelis sed quod in via mutetur in oppositum, nempe bonum et verum in malum et falsum et quod sic quoque unum fecerint, n. 3642. Quod homo situm habeat in maximo homine quoad animam cum in corpore vivit, n. 3644, 3645. Quod regnum Domini sit regnum finium et usuum, ab experientia, n. 3645. Quod influxus et correspondentia maximi hominis etiam sit cum bestiis, sed quod se habeat secundum animas, ita aliter ac in homine, de quibus plura, n. 3646. De quibusdam qui vixerunt sicut bestiae, quod parum vite habuerint, sed inspirata successive illis vita ab angelis, n. 3647. Quod correspondentia maximi hominis sit cum subjectis regni vegetabilis, de quibus, n. 3648. Quod homo non sit nisi malum, quapropter regenerandus; fuse illustratum et ostensus, n. 3701. Quod homo ita creatus sit ut divinum Domini per illum descendant usque ad ultima naturæ, et ab ultimis naturæ ad ipsum ascendant sic ut homo esset medium uniens divini cum naturæ mundo, et uniens mundi naturæ cum divino; fuse illustratum et ostensus, n. 3702. Quod maximus homo sit ex influxu vitæ Domini, qui solus homo, et quod cœlestia et spiritualia inde sint, que apud hominem influunt; vide Continuatio de maximo homine et correspondentia cum illo, n. 3741 ad 3746, vide etiam *Vita*. Quod varietates in maximo homine sint innumerabiles et sint prorsus in ratione in qua sunt organa, membra et viscera in homine vel corpore humano, n. 3744, 3745, in genere se referunt ad illa quæ sunt capitii, pectoris, abdominis, membrorum generationis, et quæ sunt interiora et exteriora ubivis, n. 3746. Quod tres gradus vitæ in homine sint, ab experientia, n. 3747. Quod erudit nihil sciant de maximo homine, n. 3747, 3748, 3749, vide *Docti*. De maximo homine et correspondentia cordis et pulmonum, n. 3883 ad 3896, vide *Cor et Respiratio*. Quod correspondentia cum maximo homine, n. 3883. Quod cœlum sit in homine, n. 3884. Quod vita naturalis hominis sit contraria vitæ spirituallis hominis antequam regeneretur homo, illustratum, n. 3913. Quod in homine sint tria, corporeum, naturale et rationale, et quod communicent, n. 4038. Quod homo sit in minima forma parvulum cœlum, n. 4041. Quod per hominem solum detur descensus e cœli in mundum et ascensus e mundo in cœlum, n. 4042. Quod spiritus et angeli sint homines et quod homo sit homo ex intelligentia et sapientia, n. 4051.

Homo molestum sentit cogitare de cœlestibus et spiritualibus, non autem de sensualibus et mundanis, n. 4096. Quod spiritus cum ad hominem veniant et intrent ejus affectiones non sciant aliter quam quod illa quæ hominis sint sua, n. 4186. De maximo homine et de correspondentia in genere,

## H O

n. 4218 ad 4223. Quod solus Dominus sit homo et quod angeli, spiritus et homines sint homines quantum divina a Domino recipiant, n. 4219, 4220. Quod correspondentia sit in singulis formis organicis et in partibus illarum, n. 4222, et quod sit cum functionibus organorum, et idcirco cum ipsis organicis, quia unum agunt, n. 4223, 4224. Quod sit non modo cum formis organicis perspicuis, sed etiam cum inconspicuis, per quas sensus interni et affectiones, n. 4224. Quod intra maximum hominem sint qui in amore in Dominum sunt, et in charitate erga proximum, et quod extra illum, qui in amore sui et mundi, de quibus, n. 4225. Quod homo sit exiguum cœlum, n. 4279. Quod homo sit bonum, ostensus, n. 4287. Quod vir homo sit verum ex bono, n. 4287, f. Quod ex situ et applicatione spirituum ad me scire potuisse quales essent, n. 4403. De correspondentia oculi et lucis cum maximo homine, continuatio, n. 4523 ad 4533. Quod homo sit parvus mundus naturalis et spiritualis, n. 4523, 4524. Quod homo praे bestiis nexum habeat cum Domino, et quod inde non mori possit, n. 4525. De correspondentia gustus, lingue, faciei cum inaximo homine, n. 4791 ad 4805. Quod in altera vita quantum in ordine seu bono sunt, tantum apparent ut homines, et quantum non in ordine seu in malo sunt tantum apparent ut monstra, n. 4839. De correspondentia manuum, brachiorum, humerorum, pedum, plantarum, et calcanei cum maximo homine, n. 4931 ad 4953. De correspondentia lumborum et genitalium cum maximo homine, n. 5050 ad 5062. Quod gradus sint sicut scalæ ab interioribus ad exteriora apud hominem, n. 5114. Quod homo recipere possit divinum per affectionem et quod reciprocum ei sit per quod appropriet sibi, secus ac bestie, quare mori non possit, n. 5114. De correspondentia viscerum et interiorum corporis cum maximo homine, n. 5171 ad 5189. Quod ex situ et influxu sciri possit ad quas provincias pertinent societates angelicæ, n. 5171.

Quod homo non sit homo ex forma, loquela, cogitatione, sed ex bono et vero, et quod in illis possit intueri divinum, et perceptibiliter id recipere, n. 5302, quod aliquo sit bestia, ab experientia, n. 5302. Quod in maximo homine caput sit cœleste, corpus sit spirituale, pedes naturale, n. 5328. Quod homo sit internus et externus, et quod ille sit in cœlo, hic in mundo, et quod hic obediens debeat, et quantum obedit, n. 5308. De spiritibus et angelis apud hominem, n. 5846 ad 5866. Quod apud hominem influant omnia quæ cogitat et quæ vult, n. 5846. Quod apud hominem bini spiritus sint ab inferno et bini angeli e cœlo, n. 5848. Quod per illos communicatio, n. 5848. Si spiritus ab inferno auferatur, quod moriretur homo, n. 5849, 5854. Ordo hominis qualis foret et qualis est, n. 5850. Quod spiritus apud hominem varientur secundum ejus affectiones, n. 5851. Spiritus ab inferno cum veniunt apud hominem, non in inferno sunt sed tunc in inundo spirituum, et tunc in amoribus hominis, n. 5852. Quod spiritus cum adveniunt illico intrent in omnia ejus memorie, n. 5853, 5857, 5859, 5860. Quod spiritus putent esse sua quæ hominis, n. 5853, 5858. Quod

## H O

spiritus influant in cogitata, et angeli in fines, et per spiritus bonos in illa quæ sunt fidei et charitatis apud illum, n. 5854. Quod homo sit in consorio spirituum quoad interiora, et quod societas in quibus fuerit ostendantur, n. 5861. Quod spiritus non sciant quod apud hominem sint, n. 5862. Si scirent, quod perderint illum, n. 5863, 5864. Quod corporeum hominis appareat spiritibus ut moles nigra, apud illos qui in fide ut ligneum, experientia, n. 5865. Quod homo post mortem appareat ut homo a capite ad calcem et quoque iisdem facultatibus sit praeditus, n. 5883. Quod homo sit cœlum in minima forma, et quod creatus sit ad imaginem cœli quoad interiora, et ad imaginem mundi quoad exteriora, n. 6013. Quod anima sit ipse homo qui vivit post mortem, et quod præstat dicere spiritus vel interior homo quam anima, n. 6054. Quod spiritus in altera vita apparent ut homo cum omnibus quæ homini sunt, n. 6054. Quod internus homo sit ad imaginem cœli, et externus ad imaginem mundi creatus, illustratum, n. 6057. Sic quod in homine conjunctus sit mundus spiritualis, cum mundo naturali, n. 6057. Quod universaliter regnat apud hominem, id est in omnibus et singulis, ita qualis homo est in communitalis est in omnibus et singulis, n. 6159. Quod spiritus intrent in omnia memoriae hominis et putent illa esse sua, n. 6192, 6193, 6198, 6199. Sed quod nesciant quod sint apud hominem, n. 6192, vide *Influxus*. Quod unusquisque appareat in forma humana, secundum receptionem boni et veri a Domino, et quod sic angeli cœli in forma pulchra, spiritus autem infernales in forma vix humana sed sicut monstra, et similiter totum infernum, ita quoque societas, et singuli in societate, n. 6603, 6626. Hic vide de communicatione boni et veri, n. 6603. Quod homo sit in minimis qualis in maximis, n. 6571, 6626.

Quod plures tellures erunt ad conficiendum maximum hominem, n. 6807. Quod imperia et regna in cœlo quoad spiritualia illa, repræsententur sicut unus homo, et quod ecclesia Domini per totum orbem terrarum ita repræsentetur, n. 7396. Homo et bestia, quod sit malum cupiditatum interius et exterius, n. 7424, 7523. Quod etiam sit bonum vel malum interius et exterius, n. 7424, 7523. Ab homine usque ad bestiam, quod sint cupiditates interiores et exteriores, n. 7872.

Quod Dominus sit solus homo, et quod homines sint homines, quantum imagines ipsius, proinde quantum in bono sunt, n. 8547. Quod angeli apparetur in forma humana, secundum vera ex bono quæ recipiunt a Domino, n. 8988. Quod cœlum nexum habeat humano genere continuum et individuaria, illustratum, n. 9216, et quod hoc sit per Verbum, n. 9216, quod cœlum coram Domino sit sicut unus homo, et quoque ecclesia in communione, n. 9276, f. Quod homo sit cœlum et ecclesia in minima forma, citatum, n. 9279. Quod homo ad imaginem mundi et imaginem cœli sit formatus, cit. n. 9279. Conjunctione Domini cum humano genere fit per illos qui in bono amoris et charitatis, ita per ecclesiam, cit. n. 9206. Quod in homine ecclesia in particulari, sit sicut in ecclesia communione, quia homo est parvum cœlum et quia ecclesia est sicut cor et pulmo, n. 9276. Quod homo

## H O

internus sit formatus ad imaginem cœli, externus ad imaginem mundi, et quod aperiantur successive intellectualia et voluntaria, de quibus, n. 9279. Quod inversi status vitæ sint apud justos et injustos, n. 9283. Qui inverso ordine est, quam parum sapit de cœlo, exempla, quia mundus regit cœlum apud illum, illustratum, n. 9278.

Quod omnis repræsentativa in natura se referant ad formam humanam, et secundum relationem ad illa significant, illustratum, n. 9496. Quod quæ a dextro latere sunt apud hominem se referant ad bonum ex quo verum, et quæ a sinistro se referant ad verum ex bono, n. 9604, et quod sepes utraque conjuncta significet conjugium cœleste boni et veri, ostensum, n. 9495. De homine interno et externo, n. 9701 ad 9709, vide *Internus*. Quod homo internus sit ad imaginem cœli formatus, externus vero ad imaginem mundi, n. 9706. Quod cœli sint sicut homo quoad voluntarium et quoad intellectuale; regnum cœleste voluntarium, et regnum spirituale intellectuale, n. 9835. De correspondencia hominis et omnium apud hominem cum cœlis, citatum, n. 10030 ad fin. Quod totus homo sit instar suæ voluntatis, et inde intellectus, illustratum ex fine, causa et effectu, n. 10076. Quod homo sit qualis ejus amor, illustratum ab angelis et spiritibus, n. 10177. Quod finis faciat hominem, n. 10284. Quod homo non aliud sit, si sit ut debeat, quam affectio boni et veri, n. 10264. Quod homo et spiritus non sit nisi quam suum verum et suum bonum, illustratum, n. 10298. Quod in omni idea cogitationis sit totus homo, illustratum, n. 10298. Quod dispositio verorum apud hominem sit secundum ordinationem societatum angelicorum, n. 10303. De statibus scientificorum hominis secundum ætates, n. 10225, vide *Ætas*. Quod interiora hominis spectent extrorsum seu deorsum ab homine, sed quod eleventur ut spectent introrsum seu sursum, a Domino, n. 10330. Quod homo sit qualis est quoad bonum, non qualis quoad verum absque illo, illustratum, n. 10307. Quod internum sit cœlum in homine, externum, mundus ei, n. 10412. Quod absque ecclesia ubi Verbum, periret humanam genus, n. 10452. Quod vir sit intellectuale ita verum, homo voluntarium ita bonum, n. 9007, 9034, 9065.

**HONESTUM.** Quod bonum et verum spirituale, justum et æquum civile, ac honestum et decorum morale ordine sequantur et super illis conscientia fundetur, n. 2915. Quod vera sint formæ boni illustratum ab honesto et de coro, n. 4574.

**HONOR.** Honoratus præ omnibus in domo patris, quod sit primarium, n. 4476. Quod honores non ambiendi sui causa, sed proximi, n. 6938. Honor quod sit amor, n. 8897.

**HORDEUM,** quod sit bonum naturalis seu externi hominis, ostensum, n. 7602.

**HORROR** quod sit alteratio, n. 3593.

**HORTUS.** Quid hortus in Edene ab oriente, n. 99. Quod hortus sit intelligentia, Eden amor, n. 100. Quid hortus Jehovæ, et hortus Dei, n. 1588.

Quod aquæ et fluvii describantur ubi horti, et plantationes, ostensum, n. 2702. Quod antiqui sanctum cultum in hortis et lucis, sed quando colerentur luci, quod prohibitum sit, ostensum, n. 2722, 4552.

U

## H Y

**HOSPITIUM**, vide *Diversorium*.

**HOSRIS**. Quod hostes sint mala et falsa, seu mali, n. 2851. Quid hereditare portant hostium, n. 2851, vide *Porta*. Quod qui extra ecclesiam dicti fuerint inimici, osores, hostes ex dissidentia spirituali, n. 9255, 9256. Inimici quod sint falsa mali, n. 9314. Inimicum agere, cum de Domino, quod sit avertere falsa ex malo, n. 9313. Hostes quod sint mala, et cum de Domino, quod sit avertere illa, n. 9314. Hostes et insurgentes quod sint mala et falsa, ostensum, n. 10481.

**HUMERUS**, quod significet omnipotentiam, n. 1085. De correspondientia manuum, brachiorum, humeri, n. 4931 ad 4937. Quod infernales ex phantasia humerum sistent, quo reperiuntur vires, n. 4937. Quod humerus correspondeat omnipotencia, ostensum, n. 4937.

**HUMILIATIO**. Status humiliationis Domini, n. 1785. Status humiliationis et status glorificationis Domini, n. 1999, vide *Dominus*. Quod in omni cultu et adoratione sit humiliatio, n. 2337, 2433. Quod status verae humiliationis veniet ab agnitione sui, nempe quod non sit nisi malum, et sic quod a se non spectare possit ad Dominum, qui ipsum sanctum, n. 2337.

Quod omnis subordinatio et submissio erit a primo vite; ut sit conjunctio, n. 3091. Quod bonum et verum a Domino influere possint in cor humile et contritum, quod agnoscit in se nihil nisi malum esse, et in Domino nihil nisi bonum, ita in sui aversatione et quoque absentia, n. 3994. Humiliatio, quod non sit quia Dominus vult gloriam, sed quia in statum humiliationis apud hominem influere possit bonum et conjungere se vero et sic regenerari homo, n. 4347. Humiliatio solum externa, differentia ab interna, n. 5420. Quod Dominus humiliationem et adorationem postulet, non propter se, sed propter hominem, nam sic homo in statu est recipiendi bonum, n. 5957. Humiliatio Domini cum in mundo fuit, coram Jehovah, quod fuisse ex humano nondum divino facto, illustratum, n. 6866. Humiliatio qualis, n. 6866. De humiliatione incolarum Martis, quod sit intima et profunda, et quod credant se ex se esse in inferno, et non ausint spectare ad Dominum, et hoc usque dum eleventur a Domino, n. 7478. Humiliatio quod sit obedientia, cum dicitur de malis, n. 7640. Sed quod humiliatio non detur apud malos quia sunt in amore sui, n. 7640. Quod humiliatio sit cultus divinus, cur, n. 8873. Quod filii Jacobi in humiliatione externa potuissent esse praे aliis, sed usque non erant in interna, illustratum, n. 9377.

**HUMUS**, vide etiam *Terra*. Distinctio inter humum et terram, n. 1068. Quod humus sit in externo homine, quia ei implantentur semina, n. 268, 990. Quod humus sit ecclesia, et aliquid ecclesiae, n. 566. Quod humus sit hæresis, n. 377. Quid colere humum, n. 345. Quod rationale sit unde semina boni et veri, et naturale ubi humus, n. 3671. Humus quod sit mens, n. 6141. Humus quod sit ecclesia ex receptione seminum et eorum nascentia et proventu, sicut ager, ostensum, n. 10570.

**HYACINTHINUM**. Quod sit cœlestis amor veri, purpureum cœlestis amor boni, ostensum, n. 9466. Quod hyacinthinum, purpureum, cibaphum et

## J A

byssinum contextum, sint bonum charitatis et fidei, illustratum, n. 9687, 9833.

**HYEMS**, vide *Frigus*.

**HYPOCRITA**, vide etiam *Dolosus*. Quod dolosi hypocritæ significantur per illos qui intraverunt, et non vesta nuptiali induit sunt, n. 2162. Hypocritæ qui, n. 4424. Quod hypocritæ inducant dolorem dentibus, ossi temporum usque in genos, n. 5720. Quod venenum sit dolus seu hypocrisia in Verbo, et serpentes venenati, sint dolosi seu hypocritæ, ostensum, n. 9013. Quod dolus sit hypocrisia in Verbo ostensum, n. 9013. Quod hypocrita non possint poenitentiam agere ita non illis remitti possunt peccata, n. 9013, 9014. Quod hypocrite diræ patiantur in altera vita præ aliis, n. 2269.

**HYSSOPUS**, quod sit verum extnum, et medium purificationis extnum, cedrus internum, ostensum, n. 7918.

## I. J.

**JABBOCK**. Transitus, seu fluvius, seu vadum, quod sit insinuatio prima, ostensum n. 4270, 4271.

**JACOBUS**, vide *Esavus* et *Israel* et *Judeus*. Quod Jacobus sit ecclesia Judaica et externa gentium, n. 422.

Quod Dominus per Abramum, Isachum et Jacobum representetur, et quod per Jacobum naturalis ipsius homo, n. 1893. Petrus, Jacobus et Johannes pro fide, charitate et bonis charitatis, vide *Præfatio ad Cap. XVIII. Genes.*

Quod Jacobus sit doctrina veri naturalis; in supremo sensu Domini naturale quoad verum, ostensum, n. 3305. Quod in Verbo nullibi Jacob ipse seu per eum populus Israelis intelligatur, ubi nominatur, n. 3305. Quod Israel significet Dominum quoad verum naturale interius, Jacob exterior, n. 3305. Quod sit naturale verum, n. 3509, 3525, 3544. Quod Esavus intellectus sit cum Jischak benedixit Jacobo, n. 3576. Quod Esau et Jacob postquam gloriificatum est naturale Domini, representent divinum naturale quoad bonum et verum, n. 3576. Quod Jacob primum representet verum quod boni naturalis infantiae Domini fuit, et postquam hoc divinum factum fuit, divinum verum divini humani Domini, n. 3509. Quod Jacob sit quoque bonum veri naturalis, postquam primogenituram Esavi et benedictionem ejus sustulit, n. 3659. Quod primogenitura et benedictio quam Jacob Esavo sustulit involvent quod posteritas ejus succederet in prouisionem de terra Canaane, et quod representaret divina coelestia et spiritualia, sed fraudulenter, n. 3660. Quod Jacob coluerit alios Deos, imprimis Deum Schaddai, n. 3667. Quod Jacob bonum veri, et Esau bonum ex quo verum representaverit, n. 3669, 3677. Jacob quod sit veri bonum, etiam varie, quod sit bonum in naturali quia status veri et Toni est alias in principio, quam in progressu et fine, n. 3775, 4234. Jacob quod sit bonum commune, n. 3829. Quod per Jischakum representetur rationale, et naturale per Jacobum, n. 4009, et per filios Jacobi sensuale, n. 4009. Quod Jacob sit bonum naturale quod proprius accedit ad divinum, n. 4073. Quod Jacob non fuerit servus apud Labanem, n. 3974, 4113. Quod Jacob representet verum cui con-

## J A

jungendum est bonum cum intraverit in terram Canaanem, n. 4234. Quod Jacob repræsentet bonum veri, n. 4273. Quod Jacob sicut posteri ejus fuerint tales ut apud illos amor cœlestis ac spiritualis cum bono naturali non coniungi potuerit, ostensum, n. 4281. Quod Jacob sit externum cœleste, et Israel internum, ostensum, n. 4286. Quod Dominus in supremo sensu sit Jacob et Israel, n. 4286. Quia interna sunt quæ repræsentantur, et externa repræsentant, ideo Jacob nominatus est Israel, n. 4292, 4370. Nam mali fuerint filii Jacobi, ostensum, n. 4316. Jacob, quod sit veri bonum, hoc verum voluntate in actu, n. 4337, vide etiam *Judeus*. Quod Jacob sit ecclesia antiqua, n. 4459. Jacob, quod sit ecclesia antiqua externa, n. 4514. Quod in specie sit ecclesia quoad verum, n. 4520. Quod Jacob repræsentaverit Domini naturale quoad verum in principio, in progressu quoad veri bonum, et in fine quoad bonum, ostensum, n. 4538. Jacob quod sit bonum externum in naturali Domini, et Israel internum, n. 4570. Filii Jacobi, vide *Tribus*. Quod filii Jacobi seu fratres Josephi sint ecclesia quæ deflectit a charitate ad fidem, et tandem ad fidem separatam, n. 4606, 4671, 4679, 4680, 4690. Quod Jacob sit antiqua ecclesia, n. 4680. Quod sit religio Judaica ex antiqua ecclesia, n. 4700, 4701. Quod Jacob sit ecclesia antiqua, et quoque primitiva Christiana, n. 4700. Per Josephum et Benjaminem repræsentatur ecclesia internum, decem autem alii fratres, quod externum, n. 5469. Quod decem filii Jacobi sint vera ecclesia in naturali, n. 5403, 5419, 5427, 5458, 5512. Quod filii Israëlis sint spiritualia vera, n. 5414, 5878, 5879. Jacob quod sit bonum veri, n. 5506, 5533, 5535. Jacob quod sit ecclesia, n. 5536, 5540. Quod decem filii Jacobi sint naturale, n. 5680, 5882. Quod nunc dicatur Jacob, nunc Israël, sit ob sensum internum, ostensum, n. 5953. Quod Jacob descendit in Ægyptum significaret quod verum naturale initiatetur in scientifica ecclesia, de quibus, n. 6004. Jacob quod sit verum naturale, n. 6001. Quid per Abrahamum, Jischakum et Jacobum repræsentatur in supremo sensu seu in Domino, et quid in sensu repræsentativo seu apud hominem, n. 6098. Jacob quod sit verum naturale ita quoque naturale quoad verum, n. 6236. De filiis Jacobi quid repræsentaverint vera et bona et ecclesiam, vide *Tribus*. Potens Jacobi quod sit divinum humanum Domini, n. 6425. Quod lectus tribuatur Jacobo, et quod appareat in lecto, cur, n. 6463, vide *Lectus*. Quod filii Jacobi sint ab alienata a vero, n. 6557, 6571. Jacob quod sit verum in communione, n. 6641.

*JAH*, vide *Jehovah*.

*JACULUM*, *JACULARI*, vide *Arcus*.

*JANUA*. Janua tenorū quod sit introitus ad sanctum, n. 2145, 2152. Quod janua sit quod introducit ad bonum, n. 2356, 2385. Ostium fontium quid, n. 4861, vide *Fons*. Janua quod sit introductio et communicatio, ostensum, n. 8989, et quod janua actualiter in cœlo id significet, n. 8989. Perforare aurem subula ad januam, quod sit addicare ad perpetuam obedientiam, n. 8990.

*JAPHET*. Quod sit cultus externus in quo internus, n. 1062, 1140, 1141, qui describitur, p. 1150.

## I D

*JASPI*. Tharschisch, Schoham et Jaspis quod sint amor spiritualis veri in quanis desinunt superiora, seu bonum externum regni spiritualis, n. 9872.

*JAVAN* quid, n. 1152, 1153, 1155.

*IDEA*, vide *Cogitare*, *Intellectus*, *Loquela*. Quod omnis idea sit imago hominis, n. 803. Quantum in una idea, n. 1008. Quod mirabilia conspiciantur in ideis, cuicunque aperiuntur apud bonos, n. 1869. Quod loquela spirituum sit idealium cogitationis, vide *Loquela* et *Cogitatio*. Quod ideas angelorum vertantur in representativa in mundo spirituum, et apud hominem cum dormit, de quibus, n. 1980, 1981. Quod ideas hominis sint obscurissimæ respective, n. 2367. Qualis idea veri absque bono in altera vita, et qualis cum conjuncta bono, n. 2425. Quod loquela spiritualis fiat per ideas, inde quod conversari cum animalibus possint, n. 2470 ad 2479, vide *Loquela*, vide etiam *Memoria*. Quod ideas consociationem et correspondentiam habeant cum societatibus in altera vita, n. 2475. Quod doctrinalia fundentur super verum scientificum, et hoc super sensualibus, et quod aliquando idea de doctrinalibus haberi nequeat, n. 3310 ad f. Quod ideas quales homo sentit de arcana fidei in altera vita sisti queant coram visu, n. 3310 ad f. Quod ideas apud illos qui in bono sunt apertæ sint, sed qui in vero solo sint occulæ, n. 3607. Quod secundum ideam rei et affectionem, intellectus ejus rei, n. 3825. Quod in una idea cogitationis sint innumerabilia, et quod in idea boni et veri sit totum cœlum, ab experientia, n. 4946. Quod omne verum ecclesia secum habeat ideas ex scientificis, quæ in altera vita solent ostendit, n. 5510. Quod ideas materialis cogitationis apparuerint quasi in medio cuiusdam undæ, sed non ita cum cogitatio est in sensuali, n. 6200. Quod ideas cogitationis se extendant in societates utrinque, n. 6598 ad 6613, vide *Cogitatio*. Quod apud hominem ideas cogitationis variantur, multiplicentur, dividantur, et sic conscientur varie, n. 6610. Quod in una idea cogitationis sint innumerabilia, experientia, n. 6613, 6614, 6615, 6616, 6617, 6618. Quod angelicas ideas aperiuntur instar nubium; quæ influebant in cogitationes spiritualium, n. 6614. Quod apparuerint instar lucis flammæ, n. 6615. Ideas cogitationis clausa, visa instar puncti nigri, et idea aperta visa in qua omnia duebant ad Dominum, n. 6620. Quod ideas criticæ sint instar texturæ sicut filamentis clausis, n. 6621. Ideas cogitationum illorum qui male vivunt et inde male cogitant, quam spuræ et foedæ, n. 6625. Cogitationis forma cœlestis qualis; quod clara sint in medio, obscura circum circa, et opposita vergant deorsum, n. 8895. Quod non percipiatur ab homine qui in mundo, quid peragitur in interno homine, quia ideas spiritualis ibi, sed quid in externo, n. 10236, 10240. Quod in omni idea cogitationis sit totus homo, illustratum, n. 10298. Quod ideas interni hominis sint spirituales, sed quod in externo apparet, inde quod homo nesciat illas, n. 10750, fin. Quod angelii illico veniant in ideam spiritualem, et quod exuatur materialis idea in primo limine, n. 10568. Sensus internus Verbi qualis, illustratur per ideam cogitationis interiorum et interiorum apud hominem, de quibus, n. 10604, 10614. Cogitatio naturalis, spiritualis et cœlestis, n. 10604

## J E

**IDOLA vel SCULPTILIA.** Quod sculptilia sint quæ ex proprio, quæ velint ut adorentur pro divino, ostensum, n. 8869. Sculptilia fusilia, dñi alieni, idola, quod sint quæ ex propria intelligentia et quæ nullam vitam in se habent, n. 8941, vide etiam quid sculptilia et fusile, ostensum, n. 10406. Idola quæ colebant, n. 8932. Idole seu dñi auri et argenti, quod sint mala et falsa, n. 8932.

**IDOLATRIA.** Quod per gentes in terra Canaanæ significantur idolatriæ, n. 1205. Idolatriæ genera, n. 1357. Quod idolatriæ sint internæ et externæ, n. 1205, 1363, 1370. Quod ex idolatria facta sit ecclesia representativa, n. 1361. De idolatria in altera vita, eorum statu et sorte, vide *Gentes*. Qualis sors eorum qui antiqua ecclesia facti sunt idolatriæ, n. 2605. Quod Dominus in antiqua ecclesia variis nominibus insignietur ex quibus idolatria suos Deos sumpsit, n. 3067. Quod antiqui, id est, qui ab antiqua ecclesia fuerunt, variis nominibus insigniverint divinum seu Dominum, et hoc secundum diversa quæ in effectibus apparuerunt, ex quo cultus divinus incepit verti in idolatriam, n. 4102. Quod idolatricum sit colere externa absque internis, illustratum, n. 4825. Quod idolatricum internum originem trahat ex amore sui et mundi, n. 4825. Quod idolatricum sit externum et internum in genere cultus falsi et mali, n. 4826. Quod per idola in Verbo, fusilia et sculptilia, significantur doctrinæ ex Verbi sensu externo absque interno, ex quibus applicatio ex propria intelligentia secundum favorem sui amoris, ostensum, n. 10406. Idola quod fuerint ex lapide ligno, argento et auro, et quod quæ ex euro omnium pessima, quia per illa significantur mala doctrinæ et mala viæ, ex amore sui, n. 10503.

**JERUSALEM**, quod sit idolatricum in quo aliquid veri, n. 6860.

**JECUR**, vide *Hepar*.

**JEHOVAH**, vide *Dominus* et *Deus*. Cur dicitur Jehovah, et cur Deus, n. 709, 732, 849, 1096. Quod Jehovah ab essentia, Deus a potentia, n. 300. Quod Jehovah sit amor, n. 1735. Quod de Jehovah nihil prædicari possit quam est; cætera quæ prædicantur sunt secundum apparentias, n. 926. Quod Dominus sit Jehovah, n. 1736. Quod Domini internum fuerit Jehovah, quia conceptus a Jehovah, n. 1815. Quantum Dominus quoad humanam essentiam unitus Jehovah tantum loquutus Jehovah ut cum se, alioquin ut cum alio, n. 1745. Quod Dominus Jehovah appelletur imprimis in tentationibus, n. 1793. Cum verum aliquid esset, dixerunt quod Jehovah dixit, n. 1020, 1037. Quid sit, quod dixit Jehovah, n. 1791, 1815, 1819, 1822. Quod ecclesia antiquissima et antiqua appellaverint Dominum Jehovah, n. 1343. Quod gens Hebraica se ab aliis distinxerit per id, quod appellaverit Deum suum Jehovah, n. 1343. Quod Jacobi posteri perdiderint nomen Jehovah, etiam Moses, n. 1343. Quod Judæi ponant cultum in nominando Deum suum Jehovah, quod usque nihil facit, n. 1094. Quod Jehovah seu infinitum Esse non manifestari possit homini, ita nec influere apud hominem quam per humanum Domini, n. 1990. Quod Dominus quoad intimum unum fuerit cum Jehovah patre ipsius, cui univit humanum, n. 2004, 2005, 2018, 2025. Quod omne trinum in Domino sit Jehovah, n. 2156, 2329. In

## J E

Verbo dicitur Deus ubi de vero, et Jehovah ubi de bono, n. 2586, 2760. Quod in veteri testamento, Dominus sit idem cum Jehovah Zebaoth, et cum Jehovah; et novo testamento Dominus dicatur pro Jehovah, ostensum, n. 2921. Quod Jehovah Deus cœli sit Dominus quoad divinam essentiam, et Jehovah Deus terre quoad humanum, n. 3023. Quod Jehovah sit Dominus in Verbo, n. 3035. Jehovah Zebaoth seu exercituum dicitur ex divinis veris ex quibus pugnat pro homine, n. 3448. Quod Judæi Jehovah modo quoad nomen coluerint, n. 3733, f. Quod Jehovah visus Moschi sicut homo cum vetustissima facie et barba nivea longa, n. 4299, et quod Judæi talem ideam de Jehovah habuerint, et quod præ aliis Diis miracula posset facere, n. 4299. Quod nemo possit videre Jehovah facie ad faciem et vivere, cur, ostensum, n. 4299. Videre Deum facie ad faciem in sensu interno historico, sit quod Dominus representative sit præsens, n. 4311. Quod per Jehovah significetur ipsum divinum Domini, n. 5041. Quod non aliud per Jehovah ab antiquis et ab antiquissimis intellectus fuerit quam Dominus, n. 5013. Quod essentiale non detur in rerum natura, sed solum in Domino, qui est Esse seu Jehovah, et quod præterea omnia sint instrumentalia, illustratum, n. 5948. Quod divinum humanum Domini ab æterni fuerit Jehovah transiens per cœlum, n. 6280. Jehovah et Deus in cœlo, quod sit Dominus, n. 6303. Quod Jehovah dicatur Redemptor, quod sit Dominus, ostensum, n. 6281. Sun qui sun, quod sit esse et existere omnium in universo, n. 6880. De divino esse et divino existere, n. 6880. Jehovah Deus, quod sit Dominus, Jehovah quoad divinum esse aut divinum bonum, et Deus quoad existere seu verum divinum, n. 6905. Visus Jehovah, quod sit apparitio divini Domini in humano, n. 6945, 6956. Ego Jehovah, et dixit Jehovah, quod sit confirmatio irrevocabilis, ostensum, n. 7192, 7202, ut frequenter dixit apud prophetas, ostensum, n. 7192. Quod nullus sicut Jehovah Deus sit quod unus Deus et non præter ipsum, n. 7401, pariter quæ, n. 7444, 7544, 7598, 7636. Quod omnia quæ fiunt a Jehovah fiunt per verum ab ipso procedens, n. 7795. Canticum Jah quod sit quod omne fidei et inde gloria sit ex divino vero, n. 8267. Jah quod sit divinum verum a Domino procedens, n. 8267. Jehovah nomen ipsius, quod sit quod Dominus solus a quo omnia, n. 8274. Thronus Jah, quod sit regnum spirituale Domini, n. 8625. Jehovah, quod divinum in se sit longe super divinum in cœlo, n. 8760. Quod Dominus quoad divinum humanum sit quod per Jehovah in nube intelligitur, causa quod divinum adiri actu nequeat, illustratum, n. 8864. Dominus Jehovah, quod sit bone Jehovah, n. 9167. Quod Dominus fuerit et sit Jehovah in forma humana, ostensum, n. 9315. Quod Jehovah in Verbo sit Dominus, citatum, n. 9373. Coram Jehovah quod sit a Domino, illustratum, n. 10146. Ego Jehovah Deus, quod sit a Domino omne bonum amoris et verum fidei, n. 10158. Jehovah seu Jehovah Deus, quod sit trinum in Domino, n. 10617.

**Iesus**, vide *Christus*. Bina nomina Domini Jesus Christus quid significant, n. 3004 ad 3011, vide

## I G

*Christus.* Quod Jesus Christus sit in singulis Verbi, n. 5502.

**JETHRO,** Sacer Moschis quod sit bonum ecclesiae quae in vero simplicis boni, n. 7015, vide etiam *Ruel.* Jethro quod sit divinum bonum, n. 8643.

**IGNIS,** vide *Flamma, Calor.* Quod frigus et aestus sit apud regenerandum ut aestas et hyems apud regeneratum, n. 933, 935, 936. Quod ignis sit amor et charitas, n. 934. Ignis consumens dicitur, quia amor cœlestis ita apparet impiis, n. 934, f. De igne et fumo qui apparuit populo super monte Sinai, n. 1861, f. Quod combustio ignis sit malum ex amore sui, n. 1297. Quod mali apparente quandoque ut ignes carbonarii, n. 1527, 1528. Quod ignis sit cupiditas et odium, n. 1861. Ignis inferni quid, n. 1861. Quod ignis malorum vertatur in frigus, n. 825, 1528. Quod ignis sulphuris sit falsum ex malo amoris sui, n. 2446. Quod ignis sit malum, sed tunc fumus falsum, n. 2446 ad f. De calore in inferno, vide *Frigus.* Quod amor sit ignis spiritualis et quod actualiter vita sit ex calore inde, illustratum, n. 4906. Ignis aeternus, quod sit ignis concupiscentiarum et inde cruciatus, illustratum, n. 5071. Quod non sit conscientia cruciatus nec ignis elementaris, n. 5071. Igneum vitale apud hominem quod sit ex amore, n. 5071, f. Quod binæ origines caloris aut ignis sint, ex sole mundi et ex sole cœli, et quod hic ignis intelligatur in Verbo et sit amor in utroque sensu, n. 5215. Exuri euro quod sit plenum cupiditatis, n. 5215, vide etiam *Calor* et *Flamma.* Quod calor vitalis sit amor et intelligatur per ignem sacrum in Verbo, et quod amores infernales per ignem inferni, n. 6314. Ignis quod sit divinus amor et flamma quod sit divinus amor quoque, tum quod sit divinum verum procedens a divino bono Domini, n. 6832. Quod ignis et flamma in opposito sensu sint amores spuri, ostensus, n. 6832. Quod Dominus apparuerit Israëlitico populo super monte Sinai secundum quale eorum ita in fumo, nube et caligine, illustratum, n. 6837, 8814, 8819, 10551, vide *Amor.* Qualis amor divinus Domini constare potest ex igne solis ibi, et quod si ille ignis seu amor incidet in aliquem, etiam in angelum cœli intimi, periret, n. 6834, 6849. Quod angeli ideo obvelentur tenui convenienter nube, n. 6849. Ignis sacer cœli et ignis inferni quod sint ignes vitae, qui sunt amorum, n. 7324, vide *Calor.* Quod incolamartis sciant ignes fluidas facere ex quibus lucem habent temporibus vesperæ et noctis, n. 7486. Ignis quod sit malum cupiditatum, grando quod sit falsum inde, et quod nominetur ignis ubi grando, ostensus, n. 7575. Assum ignis quod sit bonum quod ex amore, ostensus, n. 7852. Ignis quod sit tentatio, n. 7861. Residuum de agno paschali ad mane comburendum igne, quod sit status mediuss ad finem per tentationes, n. 7861. Columna ignis noctu, quid n. 8108, vide *Columna.* Ustio quod sit lesio boni amoris, n. 9055. Accendere ignem, quod sit consumere vera et bona per cupiditates, ostensus, n. 9041. Ignis quod sit ira, osteasum, n. 9143, 9144. Quomodo voluntas communicat ignem suum cum intellectu, illustratum, n. 9144. Quod Dominus appareat cuivis secundum ejus amorem, ut ignis creans et renovans bonis, sed ut ignis consumens malis, n. 9434. Adolere super

## I M

altari, quod sit unitio divini humani Domini cum divino bono, n. 10033. Ignitum Jehovæ quod sit ex divino amore, n. 10055. Quod ignis infernalis sit amor sui et mundi, et inde concupiscentia omnium malorum, n. 10747.

**IGNORANTIA.** Quod ignorantia inducatur ne prophanentur sancta, n. 301, 302, 303, 1327, 1328. Quod sanctitas habitat in ignorantia, etiam apud angelos: non apud Dominum, n. 1557. Quæ differentia inter bonum infantiae, bonum ignorantiae et bonum intelligentiae, n. 2280. Quod spirituales ante reformationem, redigantur in ignorantiam, quæ est desolatio veri, n. 2682. Ignorare et non sciare, quod sit obscurum esse, n. 3717. Quod angeli nihil sciant ex se sed quæ sciunt, quod ex Domino; et quod ex illa ignorantia illis sit sapientia, n. 1557, 4295, vide etiam plura de ignorantia, n. 301, 302, 303, 2682, 9943 et 10227.

**JISACHAR.** Quod in supremo sensu sit divinum bonum veri, et verum boni, in interno amor conjugalis cœlestis, in externo amor mutuus, n. 3957, et quod sit remuneratio, n. 6388.

**ILLUSTRATIO.** Venturum est tempus quando illustratio, n. 4402, p. 170. Vide *Doctrina.* De illustrationis statu pauca, n. 5221. De illustratione illorum qui student Verbo, quod sit diversa secundum statum vite, n. 7012. De illis porro qui illustrantur, n. 7233. Quomodo se habet cum illustratione intellectus cum legitur Verbum, ostensum, n. 9300. Quod qui legunt Verbum ex amore cœlesti, illustrantur, et doctrinam sibi inde colligant, qui autem ex amore infernali, non illustrantur, n. 9832. Quod influxus et illustratio sint actualis elevatio in cœlum inter angelos et ibi communicatio a Domino, n. 10330. Quod illustrantur et recipienti influxum illi cum legunt Verbum, qui amant verum propter verum, ita qui pro fine habent vitam, et non qui seinet et mundum, illustratum, n. 10548, 10549, 10550. Illis qui illustrantur a Domino per Verbum, dat Dominus intelligere verum, et non credere contradictione, exemplum a passione crucis, n. 10659. Quod intellectus sit qui illustratur, vide *Intellectus* et *Verbum.* Quod illustrantur ex Verbo, illi qui legunt illud ex amore veri ac ex amore vitae, non autem qui ex amore glorie, famæ, honoris et lucri, n. 9382, 10548, 10549, 10550.

**IMAGO.** Quid imago Dei, et quid similitudo, n. 1013. Quod homo spiritualis sit imago, homo cœlestis similitudo, n. 50, 51. Quod imago Dei sit charitas seu amor erga proximum, similitudo autem amor in Dominum, n. 1013. Quod indefinitum sit imago Infiniti, n. 1590.

**IMMATERIALE,** quid obscurum ex voce immateriale proveniat, n. 1533.

**IMMBRGI,** vide *Inundatio.*

**IMPERARE, IMPERIUM,** vide *Amor sui.* Quod duo imperii genera sint, unum ex amore erga proximum, alterum ex amore sui, n. 10814. Quod ex imperio quod ex amore erga proximum, omnia bona et felicia fluant, n. 10160, 10814. Quod ex imperio ex amore sui omnia mala et infelicia fluant, n. 10638. Quod in cœlo nulli velint imperare, omnes autem ministrare, et quid sit imperare ex amore erga proximum, n. 5732. Quod postquam amores sui et mundi cœperunt regnare,

## IN

coacti sint se subjicere imperiis ut tui essent, n. 7364, 10160, 10814, vide *Gentes et Familiae*. De illis qui excitant inimicias et odia ut imperent, n. 5718. Quod antiquissimi habitaverint sub se distincti in gentes, familias et domos, et quod nesciverint imperia, quia non in amore sui et mundi; de statu felicitatis eorum vita, n. 10160.

**IMPLERE MANUS**, vide *Manus*, n. 10076, 10493. Implere post Jehovam, quod sit facere secundum divinum verum, n. 10076, fin.

**IMPLEXUM** seu **PERPLEXUM**, quod sit scientificum naturale, n. 2831. Perplexum quod sit ex confusione, n. 8133.

**IMPROBUS**, quod sit malignitas, n. 9249.

**INANE**, vide *Vacuum*.

**INAURES**, n. 4551, vide *Monile*.

**INCALESCERE**, vide *Calor*.

**INCANTATIO**, vide *Magia*.

**INCOLA**. Peregrinus et incola esse quod sit ignotus esse et usque apud esse, n. 2915.

**INCREDOITAS**, vide *Fides*.

**INCURVARE**, quod sit effectus humiliationis, n. 2153. Quod etiam sit gaudere et lætari, n. 2927, 2930.

**INDEFINITUM**, vide *Infinitum*.

**INDICARE**, quod sit cogitare et reflectere, n. 2862, 5508. Quod etiam sit percipere, n. 3608, 8601. Quod sit communicari, n. 4856. Quod sit conjungere, n. 5596. Quod sit influere, n. 5966.

**INDURARE**, quod sit obstinatio, n. 7272, 7305.

**INERTIA**, vide *Otium*.

**INFANS, INFANTIA, INFANTES**. Quod in Verbo lactentes, infantes, et pueruli sint tres gradus amoris et innocentiae, n. 430. Quod vera infantia sit simul sapientia, n. 1616. Quod cognitiones implantentur cœlestibus pueritiæ et infantiae, n. 1616. Quod infantes in cœlo instruantur, et hoc facile, n. 1802. Quod Verbum lectum ab infantibus pueris et puellis melius ab angelis percipiatur, n. 1776. Quod infernales spiritus nihil mali et falsi excitare possint apud infantes, et apud simplices corde, n. 1667. Infantum ludentium atmosphæræ in altera vita, unde autem omnia vivere, n. 1621. Quod amor erga infantes seu storge, nisi sit propter Domini regnum, sit non absimilis brutorum, n. 1272. Infans detrudens antediluvianos, n. 430, vide etiam *Innocentia*. Quæ differentia inter bonum infantiae, bonum ignorantiae et bonum intelligentiae, n. 2280. Quales hodie sunt contra innocentiam, representatum est per infantem quem pessime traxerunt, n. 2126. Quod omnes infantes resuscitantur, inde quam immensum cœlum Domini constat, n. 2289. Quod infantes in altera vita nihil plus sciant quam infantes, sed quod instruantur, n. 2290. Quod intellectuale eorum sit tenerum, sed quod ideae eorum apertiles sint a Domino, quia nihil clausit eorum ideae, n. 2291. Quod ibi instruantur convenienter facultati eorum secundum cœlestem ordinem, n. 2292. Quod initiantur in id quod non alium patrem quam Dominum, et quod vitam habeant a Domino, quodque autem se natos esse in cœlo, n. 2293. Quod spiritus conentur eos ducere, sed quod illi resistant, quod est tentatio eorum, n. 2294. Quod non infestari queant a malis spiritibus, n. 2295. Quod ornentur sertis florum, ambulent in hortis paradiaci, n. 2296. Quod circum infantes sint atmos-

## IN

phæræ pulcherrimæ quasi vivæ, inde autem omnia vivere, n. 2297. Quod in infantum ideis sit sicut omnia vivant, n. 2298. De representationibus plenis intelligentia, per quæ ducuntur infantes ut sapiant, n. 2299. Quod infantes sint diverso genio ex hereditario, n. 2300. Infantes, quales qui genio cœlesti, et qui spirituali, n. 2301. Quæ societas curam infantium habent, n. 2302, 2303. Qui angeli apud infantes in terra successive, n. 2303. Quod infantes non sint sed hant angeli per intelligentiam et sapientiam, n. 2304. Quod tunc non appareant amplius ut infantes sed ut adulti, exemplum unius qui adultus, quali amori in iunctu erga fratrem, n. 2304. Quod infantia non sit innocentia, quia innocentia habitat in sapientia, n. 2305. Infantiae innocentia representata ut ligneum, sapientiae innocentia ut vivum, n. 2306. Quod qui innocentes et simul sapientes sunt, apparent ut infantes, n. 2306. Quod infantes non sint nisi malum, utque hoc sciunt, quod remittantur in mala sua hereditaria, n. 2307, 2308. Quam pessima sit educatio infantum in terra, experientia a pueris diuincantibus, ad quæ incitantur a parentibus, n. 2309. Status infantum quomodo succelunt a primo qui est innocentia, n. 3183. Quod lactans et lactatrix sit innocentia, ostensum, n. 3183. Quod cum homine regenerando se similiter habeat ut cum infante, qui primum discit loqui et cogitare, et intelligere, et dein imbuat vitam, sponte flunt ita spiritualia apud regenerandum, n. 3203. Quod bonus sit filius major, seu priuogenitus, illustratum a statu infantum, quod sint in statu innocentiae amoris in parentes et nutricem, et charitatis mutuae erga infantes socios, n. 3494. Quod homo absque bonis infantiae foret majus ferus quam aliqua fera sylve, n. 3494. Quod imbuatur in infantia, appetit naturale, n. 3494. Quod verum sit quod infantes sint filii Domini, et quoque adulti qui bona infantiae retinent in sapientia, n. 3495. Quod innocentia apud infantes sit extra, et malum hereditarium intra, at innocentia intra apud regeneratos et malum hereditarium extra, n. 4503. Quod infantes aliquot annorum sint apud illos qui constituent interiora narium, n. 4627. Quod infantes adolescent in cœlo ex nutritione spirituali, de qua, n. 4792. Quod visæ mutationes affectionum ab infantia usque ad adultam ætatem in facie, et quantum infantiae remansit, n. 4797. Innocentia infantiae, quod fiat innocentia sapientiae, n. 4794. Bona et vera quæ comparantur ab infantia ad adolescentiam, quænam, n. 5135, vide *Reliquiae*. Infantes quod sint innocentiae, ostensum, n. 5608, inde quod infantes sint illa quæ interiora sunt, n. 5608. Cum homo sit senex et sicut infans, quod tunc conjugaretur innocentia sapientiae innocentiae ignorantiae quam ut infans habuerat, et sic transiret in alteram vitam, n. 5608, f. Per infantem intelligentur pueri, adolescentes, juvenes, et quod sit verum, n. 7724. Quod bonum implantetur homini ab infantia ut sit planum recipiendi verum, n. 10110.

**INFERNUM**, vide *Diatolus*. Quod homines nullam ideam de inferno habeant, n. 692. Quod odium constitutum infernum, n. 693, 694. Quod vincit teneatur suis cupiditatibus et phantasias, n. 695, 1322. Quod nihil plus cupiant quam punire, torquere et cruciare

## IN

alter alterum, n. 695. Quod homo per spiritum communicet cum inferno, n. 687, 697. Quid demitti in infernum et in inferiorem terram; experientia, n. 699. Quod Dominus detineat hominem a malis, ne ruat in infernum, quomodo, n. 789. Infernum eorum qui odium intercinctum habent, seu infernum cadaverosum, n. 814. Qui dani inde emissi, infantes ad me mittentes, n. 814, eorum delapsus qualis, per ignem et fumum in cavernas, n. 814. Qui delectantur vindictis, usque ut perdere velint animam, sunt sub Gehenna ubi serpentes, n. 815. Infernum eorum qui sicarii et veneno interficiunt, n. 816. Quidam eorum me necare tentavit per ictum trans cor et in cerebro, n. 816. Punitio unius qui veneno alium intermit, n. 817. De stagno et ejus descriptione, quod serpentes, insaniae, n. 819. Infernum ubi se cultris percutiunt, eorum qui crudeliter alios occidere flagitaverunt, n. 818. De iis qui extrinsecus honesti, intrinsecus vero latrones, eorum punitio, n. 821. Qui aliis injuriam facere volunt, quales in altera vita, n. 822. Quod omnes status hominis redeant in altera vita, n. 823. De inferno adulterorum, et simili crudelium, ibi aliqui Iudei. Forum instrumenta crudelia, n. 824. De Gehenna ubi impudicae mulieres, ibi igneum et serpentes; quod igneum quandoque mutatur in frigidum internum, n. 825. De Gehenna eorum qui fecerunt adulterii sanctitatem, differentiam ab altera, n. 826. Qui insidiantur per amorem conjugalem et per amorem erga infantes, devastantur usque ad ossa, n. 827. Gravissima eorum punitio, qui deforant virgines absque fine conjugii et prolixi, n. 828. De punitione eorum qui lascive cogitant et loquuntur, &c. n. 829. De punitione eorum qui putarunt uxores juveniles et pulchras esse pro iis, n. 829½. Infernum eorum qui dolo praemeditato decipiunt homines, perdendi eos animo, n. 830. De prestigiatis et sirenibus, earum dolis, punitione et inferno, n. 831. Infernum avarorum, n. 933, 939, 940. Infernum excrementium eorum qui pro fine habuerunt meras voluptates, n. 943. Feminarum vilium quae se prorsus dediderunt voluptatibus, n. 944. Internum in tonna ubi orbiculus et quod pedibus calcare universum se putent, n. 947. De iis in tonna quadam qui rationalitate orbantur, n. 948. De camera obscura ubi macinationes contra alios, n. 949. De domicilio draconum, quinam ibi, n. 950. De iis qui se sanctos putarunt, eorum cupidine et anxietate, n. 951. De inferno antediluvianorum sub petra nimbosa, n. 1270. Nisi poenae forent, quod non detinerentur in inferno in aeternum, n. 967. Poena diversa, vide *Pœna*. Quod qui malum cogitant de aliis sint infernales, qui bonum, sint coelestes, n. 1680. Quod de inferno vix ullam ideam habeant, causa, n. 969, et quod innumerabilia ibi existant, n. 969. Quod homo sit exiguum cœlum, et quod correspondant interiora ejus tribus cœlis, n. 978. Quod infernum irruere in hominem continuo tentet, sed quod Dominus liberet eum, n. 987. Quod Dominus nusquam aliquem in infernum mittat, n. 1683. Quod Dominus ex propria potentia pugnaverit, et quod solus apud hominem contra inferna pugnet, quæ irruere jugiter conantur, n. 1692, vide *Tentatio*. Ignis inferni quid, n. 1801. Quod divinum

## IN

catur a Domino sicut infans, dein sicut puer, postea sicut adolescens, dein sicut adultus, et cum sicut infans puer, quod ei cognitiones veri externi et corporei, de quibus, n. 3665, vide *Verum*. Qui regenerantur quod primum in statu tranquillitatis sint, postea veniant in tentationes et quod post illas in statu tranquillitatis redeant, quod is status sit finis illarum, n. 3696. Regenerationis processus ab infante usque ad adultam aetatem describitur, n. 3701. Quod homo non nisi malum et falsum ab hereditario, quodque regenerandus, n. 3701. Quod ordo regenerationis non hodie notus sit, eur, n. 3761. Quod cognitiones veri et boni implantentur in naturali ut in suo humo per vitam, at quæ non per vitam, quod sint ibi sicut historicæ, n. 3762, que procedunt cognitiones antequam regenerari queat homo, n. 3786. Similiter in communione antequam ecclesia possit instaurari, n. 3786. Quod regenerationis procedat ab externo ad internum, et perga a vero fidei ad verum voluntate, ita ad charitatem, n. 3868, 3870, 3872. Quod scire et intelligere verum, velle verum, et affici vero, seu charitas, se mutuo succedant cum regeneratur homo; et dein quod unum contineatur in altero, n. 3876, 3877. Quod regenerationis vadat ab externo ad internum, et dein ab interno ad externum, ita sit ascensus et descensus sicut per scalam, n. 3882. Qui regenerantur primo sciunt interna vera, sed non agnoscunt fide tum actu, illustratum, n. 3906. Quod vita naturalis hominis sit contraria vita spiritualis antequam regeneratur homo, illustratum, n. 3913. Quod interior homo sit sicut mortuus si exterior non ei sit conjunctus, et correspondeat, n. 3969. Quod vera et bona sint quæ inserviunt introducendis veris et bonis genuinis, cum regeneratur homo quæ postea relinquuntur, n. 3665, 3690, 3686, 3974, 4195. Cum regeneratur homo, quod influxus a Domino sit in bonum interni hominis et per verum ibi in naturalem, n. 4015. Cum homo regeneratur, quod hoc fiat per jucunda, ut perdi possit in novum hominem, illustratum, n. 4063, quod fiat per societas spirituum et angelos, de quibus, n. 4066, 4067. Cum regeneratur homo, quod bonum influat a Domino per angelos in cognitiones veri quas homo habet, et in illis tenetur usque dum afficitur illis, n. 4096, 4097. Quod disponantur et ordinentur omnia apud hominem secundum fines ejus, de quibus, n. 4104. Societas spirituum apud regenerandum et de separatione illorum, n. 4110, 4111, vide *Societas*. Quia cognitiones hodie desunt de regeneratione, bono et vero, quare quæ de illis dicuntur, non facile comprehenduntur, n. 4136. Cum regeneratur homo, tunc fit cum bonum primum locum sumit, et quod tunc tentationes subeat, n. 4248. Quod tunc introducatur aliis ordo inter vera et bona in naturali, n. 4250, 4251. Quod regeneratur homo per id, quod conjugatur bonum cum veris in naturali, et quod dein conjugatur naturale cum rationali, processus describitur, n. 4353. Cum regeneratur homo, quod fiat per media, et per talia quæ apud hominem sunt, illustratum, n. 4364. Quod qui regeneratur percurrat aetas sicut qui nascitur, n. 4377. Quod spiritualis vita prodeat ex quavis aetate sicut ex ovo, n. 4378, 4379. Quod communia inserviantur illis qui regenerantur, in

## R E

quibus particularia et singularia, quæ successive prodeunt, n. 4383. Quid bonum spirituale, quod sit alteri bonum velle et facere ex nulla causa sui, sed ex jucundo affectionis, et quod nemo possit venire ad illud, nisi per regenerationem a Domino, de qua re, n. 4538. Quod homo qui regeneratur multa falsa habeat mixta veris, quæ disponuntur in ordinem cum regeneratus est et ex bono agit, et quod vera tunc in intimo sint et falsa ad ultimas peripherias rejecta, vicissim autem apud malos, n. 4551, 4552. Quod omne malum remaneat, etiam cum regeneratus est, illustratum, n. 4564. Nisi naturale regeneratur, quod rationale nihil boni et veri producere possit, n. 4587. Quod naturale prius regenerandum quam conjungi possit rationali, causa, n. 4612. Quod homo qui regeneratur, veniat sicut iterum in uterum et quod veniat a regno pulmonum in regnum cordis, n. 4931. De regeneratione hominis ecclesiae coelestis quoad voluntaria et hominis ecclesiae spiritialis quoad intellectualia, n. 5113. Regeneratio hominis reprezentatur imprimis in arboribus, de quibus, n. 5115, 5116. Processus regenerationis, quod ultimum fiat primum, finis fiat principium, a quo inde inchoat charitas quam pro fine habet fides, n. 5122. Quod nunquam homo nec angelus ita possit regenerari, ut fiat perfectus, n. 5122. Quomodo apud hominem successive aperitur interius naturale et rationale, et quomodo occluditur, n. 5126. In quem ordinem rediguntur vera et bona in naturali cum regeneratur homo, quod vera et bona tunc in centro sint et luceant, n. 4128, 5134. De domino interioris hominis et servitio exterioris, n. 5128. Quod sint status inversionis, sed aliter apud illos qui regenerantur et aliter apud illos qui non regenerantur, n. 5159. Quod regenerati quoad externa apparent similes non regeneratis, sed quod quoad interna sint prorsus dissimiles, illustratum ab amore corporis propter mentem et mentis propter bonum et verum, n. 5159. Cum reformatur homo tunc multiplicantur apud illum vera, cum autem regeneratur, tunc privatur veris apparenter, et illuminatur ab interiori et tunc in suo ordine reponuntur vera, n. 5270. Quod regeneretur homo per tentationes et quod absque regeneratione salvari nequeat, n. 5280. Quod sit status reformationis qui praeedit, per quod instruitur de bonis et veris et quod postea quasi exterminetur vera et remittantur vera in lucem quæ in mente naturali ab interiori, n. 5280. Regeneratio per reliquias, processus, n. 4342. Quod verum conjugatur bono et bonum vero, processus, n. 5365. Cum regeneratur naturale hominis, quod vera et bona reliquiarum conferantur in scientifica ibi, n. 5373. Quod multiplicentur vera primum et dein conjugantur bono in desolatione tunc, n. 5376. Quod homo hodie paucum de regeneratione sciat, quia credit remissionem peccatorum absolutam et justificationem, cum tamen regenerationis arcana sunt innumerabilia et perstant per totam vitam hominis, imo in æternum, n. 5398. Cum homo confert se ad mala, et obvenit ei tunc anxiū, indicium est quod reformari queat; at si non anxiū, indicium quod non possit, n. 5470. Cum regeneratur homo, quod naturalis homo primus rebellet, putat enim quod prorsus pereat, n. 5647,

## R E

5650, 5660, sed quod postea aliter cogitet, n. 5650. Ut regeneratus sit homo naturale apud se nihil poterit, et subjicietur spirituali, n. 5651. Cum autem regeneratus est tunc novum naturale nempe naturale spirituale accipit, de quo, n. 5651. Quia naturale est planum in quo terminatur influxus, n. 2651. Cum versura fit, seu cum bonum primo loco erit, cum regeneratur homo, quod tunc tentatio, n. 5773. Cum conjunctio veri cum bono fit apud hominem, quod scientifica incongrua et adversantia, e medio ad latera rejiciantur, n. 5871, vide *Scientia*. Quod vera fidei erunt, ut regenerari possit homo, et quod intrabunt cum affectione genuina tunc cum reproducitur verum, quod reproducitur affectio et vicissim, et quod sic homo detineatur a malis per angelos, illustratum, n. 5893. Quod bonum multiplicet vera circum quodlibet verum et faciat id sicut stellulam, quod et per derivations successive, n. 5912. Ut regeneretur homo conjungenda vera cum scientificis, n. 6004, 6023, 6052, vide *Scientifica*. Quod Dominus velit habere totum hominem et quod non quoad partem sit suus, n. 6138. Cum regeneratur homo quod ex vero spectet bonum, sed cum regeneratus quod ex bono verum, illustratum, n. 6247. Quod sensuale hodie non regeneretur apud hominem, sed quod homo cum regeneratur elevetur ab illo, n. 7442 et 7443. Quod homo absque tentatione regenerari nequeat, et quod subeat plures, n. 8043. Cum homo regeneratur, quod ab illo removeantur voluptates priores et novæ ab origine spirituali loco illorum insinuantur, n. 8413. Qui dicitur a Domino per bonum, quod is vivat secundum ordinem, ita in Domino, n. 8512. Apud illum qui vivit secundum ordinem, apertum est a Domino; apud illum qui non vivit secundum ordinem, quod clausum sit; de qua re, n. 8513. Quod homo primum ducatur per verum ad bonum, et quod prius non scire possit quid bonum seu charitas; sed quod postea ducatur a Domino per bonum, n. 8516. Quod bonum adoptet vera et sibi conjungat, n. 8516. Quod conjunctio boni et veri fiat in statu pacis, n. 8517. Regeneratio ex doctrina charitatis, n. 8548 ad 8553. Qui non regeneratur, quod non possit salvari, n. 8548. Quid vita spiritualis quam accipit homo per regenerationem, et quid vita naturalis quam accipit a parentibus, n. 8549. Quod mala hereditaria sint a parentibus et avis longa retro serie, n. 8550. Quod continue superaddat a se mala, n. 8551, haec quia contra vitam spiritualem sunt, homo omnino e novo creandus est, n. 8552, et quia ipse ordo vitæ invertendus est, n. 8553, quod homo non prius in cœlum veniat, quam cum in statu est ut ducatur a Domino per bonum, n. 8516, 8539, 8722, 8773, 9832. Quod prior status sit duci per verum, et posterior duci per bonum, n. 7923, 7992, 8505, 8506, 8510, 8512, 8516, 8643, 8648, 8658, 8683, 8690, 8701, 9224, 9230, 9274. Qui regeneratus scit quid est mundi et quid charitatis, n. 8635, 8638, 8639, 8640, 8685, 8690. Quia homo ex se non capit nisi quæ mundi et sui sunt, n. 8636. Exempla quæ homo non scit ex se sed ex revelatione, n. 8637. Vita regenerati, quod sit quod in primo statu regenerationis influxus immediatus sit a Domino, in altero mediatus, vide *Influxus*. Vera qualia erunt ut

## R E

possint fieri bona, describitur, n. 8725. Quod homo non regeneratus sit priusquam naturalis homo est regeneratus, n. 8742 ad 8747. Apud non regeneratum naturalis homo imperat et internus inservit, vicissim apud regeneratum, n. 8743. Qualis naturalis homo cum non regeneratus, n. 8744. Qualis naturalis homo cum regeneratus, n. 8745. Quod naturalis homo per internum regeneretur, et quomodo, n. 8746. Quod homo regeneratus sit angelus et habeat vitam cœli, n. 8747. Quod vita naturalis non det vitam et salutem; sed vita spiritualis quæ est vita fidei, illustratum, n. 8772. Quomodo regenerationis fiat per vera fidei, nempe primum per scire vera quæ fidei, postea per cognoscere illa et tandem per credere illa, quod tunc conjungantur cum bono, et postea quod ex bono agatur, illustratum, n. 8772. Qualia sunt vera primi status, et qualia secundi, illustratum, n. 8772. Cum regeneratur homo, quod communia primum insinuantur qua primaria et varia, et dein reliqua, de quibus, n. 8773. Regenerationis pro fine habet ut charitas apud illum regnet, n. 8856, utque amor in Dominum, n. 8857, et quod homo talis sit, qualis ejus universaliter regnans et dominans, n. 8858. Quod qui ex obedientia et non ex affectione boni agunt, non possint regenerari sed reformari, n. 8987, et hoc non in aeternum, n. 8991. Cum regeneratur homo quod invertenda sint omnia sui et mundi ut sint pro mediis et non pro fine, n. 8995. Lavationes olim et baptismus hodie quod significant regenerationem per vera fidei, quia aquæ sunt vera fidei, n. 9089. Processus regenerationis ab infancia usque ad vitam spiritualem, quæ per cognitiones ex revelatione, n. 9103. Quod vera et bona dicantur cum de statu ante regenerationem, at bona et vera cum de statu post regenerationem, n. 9139. Quod apud hominem forment nexus et faciant vitam et quod falsa extirpanda et vera implantanda a Domino, comparatum cum prolifico in semine, illustratum, n. 9258. De bino statu hominis qui regeneratur, n. 9274. Quod non redeundum sit ab altero statu ad priorem, citatum, n. 9274, 10184. De initiatamento novæ voluntatis ab infancia, ita de receptione boni et veri ab inde, deque statu succedente, illustratum, n. 9296, 9297. Quod omnia secundum usum vitæ formentur apud hominem, illustratum, n. 9297. Quod naturalis seu externus homo in correspondencia esse debeat cum spirituali seu interno, ut homo regeneratus sit, et quod non prius regeneratus sit quam cum naturale regeneratum est, citatum, n. 9325, f. Quod regenerationis perstet ab infancia usque ad ultimum vitæ, et quod postea perficiatur in aeternum, citatum, n. 9334, f. Quod regenerationis hominis in mundo sit planum ad purificandum vitam ejus in aeternum, paucis, n. 9334, f. Quod mala et falsa lente removeantur dum regeneratur, alioquin falsa irrepunt et implant, illustratum, n. 9334, 9335, 9336. Quod innumerabilia sint quæ a Domino cum regeneratur homo, ut removeatur infernum et implantetur cœlum, illustratum, n. 9336. Quod bona quæ vocantur fructus fidei sint primum et ultimum cum regeneratur homo, quia fines, ostensum, n. 9337. Quod Dominus in suo ita in divino habitat apud hominem, ostensum, n. 9338, f. Quod omnis purificatio a

## R E

malis et falsis fiat per vera fiduci, tum omnis regenerationis citatum, n. 9959. Processus regenerationis hominis e statu innocentiae externæ ad statum innocentiae internæ describitur, n. 10021. Quod regenerationis fiat per divina vera ex Verbo successive interiora, de quibus, n. 10028. Quod vera implantata vitæ non appareant, n. 10029. Quod ordinatio et providentia Domini in regenerando homine sit æterna quia in aeternum, n. 10048. De bino statu hominis qui regeneratur, citatum, n. 9274. Processus regenerationis hominis et processus glorificationis humani Domini per circulum vitæ apud hominem, describitur et illustratur, n. 10057. De primo et secundo statu regenerationis hominis, qui describuntur, n. 10057, 10058. Quod conjunctio reciproca veri et boni seu fidei et amoris fiat apud hominem qui regeneratur a Domino, illustratum et ostensum, n. 10067. Quod solus Dominus hoc faciat, et nihil homini, et quod fiat per amorem qui fit voluntatis, illustratum, n. 10067. De bino statu regenerationis hominis qui describuntur et illustrantur per illa, illustrantur bini status glorificationis humani Domini, n. 10076. Quod in utroque regno implantetur bonum per verum, sed alia ratione, in illo in parte voluntaria in hoc in parte intellectuali, ita quod utробique aliter regeneretur, de quibus, n. 10124. Quod naturalis homo sit in inferno et spiritualis in cœlo, et quod homo in inferno sit nisi fiat spiritualis, illustratum, n. 10156. Differentia inter purificationem et regenerationem, n. 10239. Explicantur Domini Verba apud Johannem Cap. III. de regeneratione per aquam et spiritum, quod spiritus sit divinum verum ex quo vita homini, n. 10240. Quod cum homo in veris est, in pugna sit, cum in bono, in quiete, et quod in supremo sensu Dominus cum in pugnis divinum verum fuerit, et cum factus divinum bonum, quod ipsi quies qui Sabbathum, n. 10360, vide Sabbathum. Quod homo intret cœlum cum in bono est, n. 10367. Quod homo ducatur per vera ad bonum et quod verum fiat bonum cum voluntatis seu amoris. Quomodo id fit, illustratum, n. 10367. Qui solum in veris sunt et non simul in bono, quod non possint regenerari, n. 10367. Quod bini status sint homini, illustratum per agentiam et reagentiam, quod agens reagentem sibi comperet ut unum agant et sint quasi unum; quod bonum sit agens ac verum reagens, n. 10729.

**REGNUM**, vide Cœlum. Quod homo sit regnum Domini, n. 29. Quod regnum Domini sit immensum, n. 1810. Quod reges, regna et populi sint vera, n. 1672. Quod regnum sit verum doctrinæ, n. 2547. Regnare quod prædicetur de veris quæ intellectus et dominare de bonis quæ voluntatis, ostensum, n. 4691. Quod imperia et regna facta sint propter amores sui et mundi, n. 7364. Jehovah regnabit in aeternum quod fuerit formula solemnis in ecclesiis antiquis; et quod sit quod a Domino omnia, et quod Dominus sit Deus et Dominus cœli et terræ, ostensum, n. 8331. Regnum sacerdotum quod sint illi qui in bono veri, n. 8770. Conversatio cum angelis de binis regiminis formis, nempe ex amore erga proximum et ex amore sui, n. 10814, vide Imperia.

## R E

**REJECTIO.** Quomodo se habet cum rejectionibus, n. 1393, 1875.

**RELATIO.** Quod omnis perceptio sit secundum relationem ad opposita, n. 7812, f.

**RELIGIO CATHOLICA,** vide *Ecclesia, Falsum et Verum.*

**RELIQUIA,** quid, n. 468, 530, 560, 561, 660, 661, 1050, 1738. Quod reliquiae faciant ut homo sit vivus, n. 1050. Quod homo absque reliquiis pereat, n. 468. Quod homo pereat cum via interclusa sit reliquiis, n. 660. Quod via interclusa sit reliquiis per principia falsi, n. 794. Quales reliquiae antediluvianis, n. 560, 562, 563. Quod decimae et decimae sint reliquiae, n. 570, 1738. Decimae et reliquiae apud Dominum, n. 1738. Quod reliquiae apud Dominum fuerint divinae et ipsius, per quas humanam essentiam univit divine, n. 1906. Quod reliquiae sint bona et vera recondita a Domino in interiori homine, n. 2284. Quid reliquiae et quod homo reliquias boni accipiat a Domino in infanta, reliquias veri postea, et quod absque reliquiis non possit homo esse homo, n. 1050, 1906, 7560. Reliquiae quod recondantur in intimis naturalis, et quomodo inserviant usui, ut et destruantur, illustratum, n. 5135, vide *Furtum.* Comparatio reliquiarum et regeneratio per illas et processus, n. 6342. Communicat homo per reliquias cum secundo cœlo, de qua re, n. 5344. Reliquiae quod sint bona et vera in interioribus hominis a Domino recondita, ostensum, n. 5897. Quod sint intimum et medium respective ad ecclesiam abstracte a gente, n. 5897. De reliquiarum comparatione per conjunctionem cum angelis, n. 5897, f. Quod ex reliquiis omnis vita spiritualis, n. 5898. Evasio quod sit liberatio a damnatione per reliquias, ostensum, n. 5899. Reliquiae quod remittantur in naturale cum homo regeneratur, n. 6156. Quod reliquiae reserventur ut sit aliquid humanum, nam per illas homo communicat cum cœlo, n. 7560. Quod bona et vera quæ sunt Domini recondantur, non autem quæ sunt hominis, n. 7564.

**REMISSUS,** vide *Otiosus.*

**REMITTERE** peccata, quod sit respicere non ex malo sed ex bono, n. 7697, vide *Peccatum.* Remittere cum de peccatis quod sit non obstare, n. 10504, vide *Malum.*

**REMUNERATIO,** vide *Meritum et Merces.*

**RENES.** Observata cœli operatio in renes, n. 3884. De correspondentia renum, ureterum vesicæ cum maximo homine, n. 5380 ad 5386. Quales sunt qui peritoneum constituent, cum infestantur a renalibus, n. 5378. Qui renes, uretra et vesicam constituant quod sint qui explorant et qui castigant, n. 5381 ad 5384. Cum dicitur in Verbo quod Jehovah scrutetur renes et cor, quod sit spiritualia seu quæ veri, et celestia seu quæ boni, ostensum, n. 5385, et quoque quod in Verbo tribuatur renibus castigare, n. 5385. Renes succenturiati seu capsulae renales, illarum usus, et quod virginis casta illam provinciam constituant in maximo homine, de quibus, n. 5391. Quod per renes in Verbo significetur verum explorans, purificans et castigans, n. 5385, 10032.

**RENURÆ,** quod sit aversatio, n. 4990.

**REPENDERE,** quod sit restituere, n. 9087, 9097, 9102, et quod sit pena correspondens, n. 9102.

## R E

**REPHAIM,** vide *Nephilim.*

**REPRESENTATIO,** vide etiam *Correspondentia.* Quod omnia in Verbi sensu literæ sint repræsentativa et significativa, n. 1404, 1408, 1409. Quod in cœlis continua repræsentativa Domini et ipsius regni sint, n. 1619. Quod cœli sint pleni repræsentativi, n. 1521, 1522. Repræsentativa in natura quod sint ab influxu Domini, n. 1632, 1881. Quod repræsentativa orta sint a scientificis ecclesiæ antiquæ et hæc a perceptivis ecclesiæ antiquissimæ, n. 920, 1409. Quid repræsentativum et quid ecclesia repræsentativa, n. 1361. Repræsentativa ecclesiæ judaicæ, quomodo in cœlo, n. 1003. Lex repræsentationum, quod non reflectatur super quod repræsentat, sed super quod repræsentatur, n. 665, 1097, f. 1361. Quod repræsentativa in natura, conspicua etiam in mundo spirituum, n. 1807, 1808. Cupiditates in quas vertuntur in altera vita, n. 954. Loquatio per mera repræsentativa, n. 1764. Unde repræsentativa quæ in Verbo, et in ritualibus, de quibus ibi, n. 2179. Quod leges latæ de servis se referant in sensu interno ad correspondentias, ad repræsentativa et ad significativa, n. 2567, f. Quod in universa natura sint repræsentativa regni Domini, exemplum, n. 2758. Quod antiquissimi repræsentativa sua habuerint ex somniis, n. 1977. Visiones coram spiritibus bonis quod sint repræsentationes pulchræ, n. 1971. Quod ideæ angelorum vertantur in varia repræsentativa in mundo spirituum et apud hominem cum dormit, n. 1971, 1980, 1981. Repræsentativa per quæ infantes introducuntur in intelligentiam, n. 2299. Quod plura in Verbo oriunda sint ex repræsentativis in altera vita, et ex correspondentiis, n. 2763. Quod repræsentativa et significativa fuerint ab antiquissima ecclesia, quomodo, n. 2896. Quid Chanoch sint illi qui colligerunt repræsentativa et significativa illarum, n. 2896. Quod Verbum per Mosen et Prophetas per repræsentativa et significativa conscriptum sit, et quod alio stylo non scribi possit, ut sensum internum habeat, quo communicatio fieret cœli cum terra, n. 2899. Quod Dominus loquitur per repræsentativa et significativa, quia ex ipso divino, n. 2900. Quod in ecclesia antiquæ repræsentativa et significativa essent ab antiquissima ecclesia, n. 2897. De representationibus et correspondentiis, n. 2987 ad 3003, et 3213 ad 3227. Quod inter spirituaria et naturalia sint correspondentiæ, at quæ existant in naturalibus sint repræsentationes, n. 2987, 2989, 2990, 2991, 3002, illustrata a vultibus faciei et actionibus corporis, n. 2988. Quæ in mundo naturali, quod existant ab illis quæ in mundo spirituali, n. 2989, 2999. Experientia, quod cogitet de viseeribus et quod angeli nexum sequentes per spirituaria, n. 2992. Regni vegetabilis omnia sunt inde et ducunt omnia originem a bono et vero quæ a Domino, n. 2993. Quod homo scire hoc nequeat, causa, n. 2994. Quod homines antiquissimæ ecclesiæ quoad ideas communicare potuerint cum angelis, quia in naturalibus cœlestia videbant, n. 2995. Quod societates cœlestes corresponsant omnibus illis quæ sunt in corpore, n. 2996, 2998. Quod hoc sciri possit ab influxu interno hominis in externum, n. 2997. Quod omnia in universo repræsentent regnum Domini,

## R U

retro sit a Lono in quo cœleste ad doctrinalia fidei, et sic relinquere bonum, n. 5805, f. 5897, prope f. 7857, 7923. Explicatur quid sit spectare a bono ad verum et quid a vero ad bonum, quod sit inverse et quod spectare a bono sit secundum ordinem cœli et quod tunc quies Domino et requies homini, n. 8505, 8506, 8510. Qui ducitur a Domino per bonum, quod is vivat secundum ordinem divinum ita in Domino, n. 8512. Quod a bono non spectandum sit ad verum, illustratum, n. 8516, 10184. Retro ire, quod sit in malo esse, ostensum, n. 10584.

**RETROSPICERE**, vide *Retro*.

**RÈV** quid, n. 1347.

**REUS**, vide *Rcatus*.

**REVELATIO**. Quod sit revelatio ex perceptione quæ angelis et antiquissimæ ecclesiæ homini et revelatio ex loquela cum angelis per quos Dominus loquitus quæ fuit prophetis in ecclesia Judaica, n. 5121. De varia revelatione in quatuor ecclesiis successivis, de quibus, n. 10355, vide *Ecclesia*.

**REVERTI** quod sit reflectere, n. 4894, vide *Redire*.

**REUL** sacer Mosis, quod bonum ecclesiæ ubi illi qui in vero simplicis boni, n. 6778, 6782, vide etiam *Jethro*.

**RÈX**, vide *Regnum*. Quod reges, regna, populi sint vera, n. 1672. Quid sacerdotale, quid regium Domini, n. 1728. Quid Dominus ut rex, et quid ut sacerdos, n. 2015. Quod reges sint vera, ostensum, n. 2015, 2069, vide etiam *Regnum*.

**RIDERE**, vide *Risus*.

**RISUS**. De origine et essentia risus, n. 2072, 2216. Quod risus sit affectio veri, n. 2072, 2216. Quod Isaac inde nominatus, n. 2072.

**ROS**, quod sit verum et præcipue verum ex statu pacis et innocentie, ostensum, n. 3779, 8455.

**ROTA CURRUS**, vide *Currus*. Quod sit potentia pugnandi quæ intellectualis, ostensum, n. 8215.

**ROTUNDUM**, quod predicitur de bono, n. 8458.

**REUBEN**. Qui fidem separant a charitate quod in falsa et mala se conjiciant, et quod hoc representatum sit per Cain et Abel, per Cham et Canaan, per Reuben, et per Agyptios quod primogenita eorum sint occisa, n. 3325. Quod Reuben sit fides intellectu seu doctrina quæ primum est regenerationis et in complexu, quod sit verum doctrinae per quod ad bonum vitæ pervenire possunt, n. 3861, 3860. Quod representaverit fidem separatam a charitate, n. 3870. Quod Reuben in opposito sensu sit fides separata, et quoque prophanata, ostensum, n. 4601. Quod sit etiam bonum fidei, ostensum, n. 4605. Quod sit confessio fidei ecclesiæ in communii, n. 4731, 4734, 4761. Duo Reubenis filii, quod sint doctrina veri et doctrina boni, n. 5542. Quod primogenitum Reubenis ademptum sit, n. 6346 ad 6350.

**RUBINUS, TOPAZIUS, CARBUNCULUS**, quod sint amor cœlestis boni seu bonum internum intimi cœli, n. 9865.

**RUBRUM**, quod sit bonum amoris et hoc ex igne et sanguine qui rubent, ostensum, n. 3300, 9866. Quod in opposito sensu sit malum amoris sui, ostensum, n. 3300. Quod duo colores fundamentales sint, ruber et albus, n. 9467. Quod quantum color trahit ex rubro tantum significet bonum, n. 9467. Quod rubrum sit bonum amoris, n. 9866.

## S A

**RUBUS**, quod sit verum scientificum, n. 6832, 6833, 6834.

**RUPTURA**, quod sit falsum per separationem veri a bono et inde damnum, ostensum, n. 4926, 9163, f.

## S.

**SABBATHUM**. Quod homo cœlestis sit Sabbathum, et spiritualis sextus dies respectu Sabbathi, n. 84 ad 88. Quod spiritualis sextus dies et quid vespera Sabbathi, n. 84 ad 88. Festa et sabbatha celebranda erant, et tunc in statu representativo pleno erant, n. 7891. Quare non opus tunc fecerunt, hoc est, non spectarunt ad terrestria et mundana, quare, n. 7892. Quies diei Sabbathi quod sit representativum status pacis, in quo fit conjunctio, n. 8494. Sabbathum quod in supremo sensu representaverit unionem divini ac divini humani in Domino, in sensu respectivo conjunctionem divini humani Domini cum genere humano; in intimo conjunctionem boni et veri ita conjugium cœleste seu cœluna, ostensum, n. 8495. Quod labor die Sabbathi representaverit id quod ex proprio, ostensum, n. 8495. Quod Sabbathum sit, cum conjunctum bonum vero, et hoc sit, cum ducitur homo per bonum a Domino, n. 8510. Quod quies in sabbatho representaverit quietem Domini, quia tunc per bonum dicit; quod labor et sex dies laboris representaverint laborem qui precedit, n. 8510. Sex dies qui precedunt Sabbathum, quod sint pugnæ, et necessaria vita quæ precedunt, et praeparant ad conjugium cœleste, n. 8888. Quies in die Sabbathi quod sit cum homo in bono est ita in cœlo, n. 8890, 8893. Sabbathum et dies septimus quod sit alter status cum homo in bono est et ducitur a Domino; tunc in cœlo et in tranquillopacis, parum ostensum, n. 9274. Sex dies qui precedunt quod sint status veri cum pugnæ, et septimus status boni cum pax et quies, n. 9131. Quod Sabbathum in supremo sensu sit unio ipsius divini ac divini humani Domini, in respectivo sensu conjunctio Domini cum cœlo, tum cœli cum ecclesia, et in genere conjunctio boni et veri, n. 10356. Signum inter Jehovahm et filios Israëlis, cum de sabbatho, quod sit principale per quod noscuntur illi in cœlis qui ab ecclesia, n. 10357. Quod sex dies laboris ante Sabbathum sint status pugnæ antequam homo est ecclesiæ seu intrat cœlum ita cum in bono est et ducitur a Domino, n. 10360, in supremo sensu cum Dominus in mundo fuit, et pugnavit cum infernis, antequam univit humanum divinum, et quod tunc quies, cum unio, n. 10360. Quod Dominus cum in pugnis fuerit divinum verum, ut quoque homo in pugnis, et quod quies cum in bono, n. 10360. Quod per opera diei Sabbathi significetur duci a semet, et a suis amoribus et non a Domino, ostensum, n. 10360, 10362, 10365. Quod Sabbathum in supremo sensu sit humanum Domini divinum, et cur, et quod Sabbathum seu quies sit cum Dominus univit ipsum divinum humano quod tunc quies ipsi, et pax et salus cœlis et quoque hominibus in terris, illustratum, n. 10367, 10374. Quod salus inde homini, illustratum, n. 10370. Signum cum de sabbatho, quod sit per quod distinguuntur illi.

## S A

qui ab ecclesia ab illis qui non ab ecclesia, n. 10378. Quod sex dies laboris sint status cum homo in veris et in pugnis, citatum, n. 10667. Quod Sabbathum sit cum homo in bono et tunc in celo, n. 10668. Quod per Sabbathum representata sit unio humani ac ipsius divini in Domino, ac conjunctio boni ac veri apud hominem a Domino, n. 10730. Quod per Sabbathum significetur pax in celis et in terris quae per illam in unionem et conjunctionem, n. 10730.

**SACCUM.** Quod posuerint saccum in lumbis, quod fuerit representativum luctus pro desperito bono, ostensum, n. 4779. Quod sit representativum in naturali, n. 5489, 5494, 5531. In mantica quod sit in limine naturalis exterioris, n. 5497. Quid porro saccum in Verbo significat, n. 5489, 5494, 5497, 5531.

**SACERDOS.** Quid sacerdos, tum quid sacerdotale et quid regium Domini, n. 1728. Quid Dominus ut rex, et quid ut sacerdos, n. 2015, f. Quod omnes reges et sacerdotes representent Dominum, illi quoad regium, hi quoad sacerdotale, sed quantum sibi tribuant sanctum inde, tantum fures spirituales sunt, et quantum male agunt, tantum exuent representativum, n. 2670. Sacerdotes quod representaverint Dominum quoad divinum bonum, ita quod aint bona, reges vero quoad divinum verum, ita quod sint vera, ostensum, n. 6148. Quod sacerdotes mali qui in mundo per prædications vulgum ad lacrymas commoverunt (præcipue ex Jesu ordine) maxime infestent probos, et prorsus aliter loquantur quam cogitant, experientia, n. 8383. Quod sacerdos sit divinum bonum, n. 9806. Sacerdotium, quod sit divinum bonum divini amoris Domini, ostensum, n. 9809. Quod sacerdotium esset representativum Domini quoad omne salvationis, illustratum et ostensum, n. 9809. Ministrare cum de sacerdote, quod sit cultus et evangelizatio, n. 9925. Sacerdotium quod succederet in familia Aharonis ad filios, quia representabant Dominum quoad divinum coeleste, et quod regnum coeleste sit sacerdotium, regnum sacerdotum, paucis, n. 9960. Quod sacerdotium Aharonis, filiorum ejus et Levitarum sit representativum operis salvationis Domini in ordine successivo sicut in tribus celis, n. 10017. Præfecti super ecclesiastica vocantur sacerdotes. Doctrinal de sacerdotio, n. 10789 ad 10799. Quod erunt præfecti super ecclesiastica, n. 10793. Quod docebunt verum et ducent ad bonum vite, n. 10794. Non sibi vindicabunt potestatem super animas hominum, n. 10795. Sacerdotibus erit dignitas propter sancta, sed ipsi non illam sibi tribuent, sed Domino, n. 10796. Quia honor non est personæ sed rei, n. 10797, nullum cogent, sed illos qui turbam faciunt separabunt, n. 10798.

**SACRAMENTUM CÆNAE,** vide *Cæna*.

**SACRIFICIUM.** Quod holocausta et sacrificia fuerint representativa cultus interni, n. 922. Quod holocausta fuerint representativa cultus in genere, n. 923. Quod bestias in sacrificiis coelestia et spiritualia representaverint, n. 922, 1823. Quod sacrificia non mandata sint, sed charitas et fides, n. 922, 1241. Quod gens Hebreæ distincta fuerit ab aliis, et quod ideo exosa Ægyptiis, n. 1343. Quales visi qui fuerunt ab ecclesia antiqua, cum sacrificia insti-

## S A

tuebantur, n. 1128. Quod sacrificia significaverint celestium et spiritualium varia genera, n. 2180. Quod omnia sacrificia dicta sint panis, n. 2165. Quid per sacrificia quæ comedebantur, n. 2187. Quod antiquissima et antiqua ecclesia nihil noverint de sacrificiis, sed quod Hebrei illa instituerint, et quod inde ad posteros Jacobi derivata, tum quod præcipuum cultus eorum fuerit in sacrificiis etiam prius quam mandata sunt, ita quod permissa sint, n. 2180. Quod sanctifications fuerint per holocausta, n. 2776, et quod oblatio holocausti sit sacrificatio, n. 2776, 2805. Findere ligna holocausti, quod sit meritum justitiae, n. 2784, 2812. Quod holocausta et sacrificia significaverint celestium et spiritualium varia genera, etiam illos qui sanctificarentur, n. 2805, 2807, 2830, 3519. Quod Dominus venturus in mundum et fieret holocaustum vel sacrificium, notum fuisse antiquis, constat ex eo quod sacrificaverint filios suos, n. 2818. Quod permissa Jacobi posteris sacrificia, ne immolarent filios suos, n. 2818. Quod Aries sacrificii significaverit divinum spirituale, et sic spirituales ex genere humano, ostensum, n. 2830. Quod holocausta et sacrificia significaverint divina in Domino, inde et coelestia apud hominem, illa quæ a Domino sunt, n. 2805, 2807, 2830. Sacrificia quod sint omnis cultus in genere, n. 6905. Sacrificare Jehovæ cum de primogenito, quod sit addicare Domino similiter et sanctificare, et transire facere, n. 8074, 8088. Quod holocausta sint cultus ex bono amoris et sacrificia ex vero fidei, n. 8680. Quod per commensationem et sanctificatis significata appropriatio boni et consociatio per amorem, n. 8682. Holocausta et sacrificia quod essent cultus in genere et in specie secundum statuta vitæ spiritualis cuiusvis, n. 8936. Sacrificia quod essent expiationes a peccatis, ostensum paucis, n. 9939. Sacrificia et holocausta ex juventu quod sit purificatio a malis et falsis, quæ in naturali homine, n. 9990. Quod purificationes interni et externi hominis representatae fuerint per sacrificia et per holocausta ex variis animalibus, n. 9990. Quod purificatio spiritualis seu interioris hominis representata per sacrificia et holocausta ex arietibus, n. 9991. Quod per sacrificia significator purificatio a malis et falsis et implantatio veri et boni et conjunctio eorum, illustratum, n. 10022. Imponere manum super caput bestie quæ sacrificaretur, quid, n. 10023, vide *Manus*. Quod cultus representativus apud gentem Israeliticam præcipue constituit in sacrificiis et holocaustis, quod hæc in genere significaverint regenerationem hominis per vera fidei et bona amoris a Domino, et in supremo sensu glorificationem hunani Domini. Quod omne cultus per sacrificia et holocausta secundum ejus varia, ita cum omni varietate, representatum sit, &c. n. 10042, et quod ideo varia genera animalium mandata fuerint, de quibus animalibus secundum suas classes, n. 10042. Quod sacrificia significaverint purificationem a malis et falsis ac implantationem veri, holocausta autem conjunctionem veri et boni in Domino, ac in sensu representativo apud hominem qui regeneratur, n. 10053. Quod in holocaustis ordinata inferiora seu exteriora sub superioribus, et quomodo, n. 10051. Quod holocausta inaugurationum significaverint glorifica-

## S A

tionem Domini, de qua, n. 10053. Quod talia sacrificiorum et holocaustorum contineant omne cœli, illustratum, n. 10057. Quod per repræsentativa in sacrificiis et holocaustis exponatur processus regenerationis hominis, et in sensu supremo processus glorificationis humani Domini, n. 10057. Quod non modo caro sacrificaretur sed et Minchæ quæ erant panes et placentæ, erat quia sacrificia non accepta erant in cœlo, sed panes, ideo utrumque, n. 10079. Quod caro in specie significaret bonum spirituale, panis bonum cœlestis, n. 10079, f. Sacrificia eucharistica quod sint quæ ex libero, n. 10097. Relictum de sacrificiis ad mane quod sit quod non conjunctum bono, n. 10114. Relictum de sacrificiis ad mane quod non comedendum quod sit quod non conjungendum proprio, n. 10115. Quod sit prophanatio, n. 10117.

**SÆCULUM** cum de ecclesia quod sit duratio ad finem, cum de cœlo et de Domino, quod sit aeternum; quod prædicetur in genere de omni ecclesia, in specie de ecclesia cœlesti, tum quod sit mundus et vita ibi, tum vita post illam, ostensum, n. 10284.

**SAGITTA**, vide *Arcum*.

**SAL.** Quid sal et mare salis, quod significet turpia falsitatum, n. 1666. Quod sal in bono sensu sit affectio veri et quod in opposito sensu sit vastatio veri et affectionum ejus, n. 2455, 9207, f. Quod sal sit verum desiderans bonum, et conjunctivum eorum, ostensum, n. 9207, 10300. Explicantur Domini verba apud Mattheum Cap. V. 13, 14, et apud Marcum Cap. IX. 49, 50. Vos estis sal terræ, habete iu' vobis salem, n. 9207.

**SANARE**, **SANATIO**, vide *Morbus*. Quod sanare sit mederi et purificare a malis, n. 8365. Curationes et sanationes morborum in Verbo quod sint restitutions vitæ spiritualis, ostensum, n. 9031, f. Quod sanare sit etiam præservare a malis, n. 8365.

**SANCTUM**. Qui se sanctos putant, quod luceant facie et teneantur usque ad anxiетatem in cupidine ascendendi in cœlum, n. 951. De quodam qui se sancte vixisse dixit sed non fecisse bona charitatis, quod factus niger, n. 952. Quod sanctum cultus sit secundum qualitatem et copiam veri implantati in charitate, n. 2190. Quod sanctum sanctorum in tabernaculo et in templo repræsentaverit divinum humanum Domini et quale ipsius per illa quæ ibi, n. 3210. Quod sanctus spiritus sit sanctum spiritus quod a Domino, parum modo memoratum, n. 3704, f. Quod amor in Dominum sit ipsum sanctum, n. 3852. De illis qui deducunt spiritualia ad terrestria et conspurcant illa, n. 4050, f. Quod sanctum dicatur de vero quod a Domino, et quod spiritus sanctus sit sanctum verum, n. 6788. Quod divinum verum quod procedit a divino humano Domini sit spiritus sanctus, n. 7492, vide *Spiritus*. Sanctificare Jehovæ quod sit addicare Domino, n. 8042. Sanctificare Jehovæ cum de primogenito quod sit addicare Domino, similiter transire facere, et sacrificare, n. 8074, 8088. Quod divinum verum procedens a Domino sit spiritus sanctus, n. 8127, f. Sanctum, quod prædicetur de divino vero a Domino et quod hoc sit spiritus sanctus, n. 8302. Sanctuarium, quod sit cœlum ubi divinum fidei, ostensum, n. 8330. Sanctificatio apud Judæos quod fuerit obvelatio interorum de hæc apparent cum in repræsentativis, n. 8788,

## S A

8806. Sanctificatio respective ad illos qui ab ecclesia spirituali, sit duci a Domino et quod sit sanctum, n. 8806. Sanctificari quod sit non posse violari, n. 8887, 8895. Quod divinum procedens a Domino sit spiritus sanctus, loca citata, n. 9228. Quod Dominus solus sit sanctus, et quod omne sanctum sit ab ipso, et omnis sanctificatio repræsentaverit ipsum, ostensum, n. 9229. Peccatum contra spiritum sanctum quod sit negare Dominum et Verbum, cum prius agnita, n. 9264. Sanctuarium quod sit Dominus et quod sit cœlum ab ipso, ostensum, n. 9479. Quod omne sanctum sit a Domino, ostensum, n. 9680, et quod verum tantum sit sanctum, quantum Domini, ita quantum boni in se continet, n. 9680. Spiritus sanctus quod sit divinum verum procedens a Domino, multis et fusius ostensum, n. 9815. Sanctum quod prædicetur de divino vero procedente a Domino, illustratum et paucis ostensum, n. 9820. Quod angeli, prophetæ, et apostoli dicantur sancti, a receptione divini veri a Domino, illustratum, n. 9820. Sanctificare quod sit repræsentare Dominum quoad divinum humanum, n. 9956, 9988. Quod sancta dicta fuerint quæ representabant divina, n. 10069. Sanctificari quod sit acceptio Domini, n. 10128. Quod bonum spirituale dicatur sanctum, et bonum cœleste sanctum sanctorum, ostensum, n. 10129. Quod apud gentem Israeliticam et Judæicam fuerint repræsentativa sancta, n. 10149. Quod sanctum externum absque interno non valeat, sed ex interno, n. 10177. Quod sanctuaria polluta, ut altare, tentorium, per peccata populi, ostensum et illustratum, n. 10208. Sanctificare quod sit influxus et præsentia Domini, n. 10276. Sanctum quod sit absque falso mali, n. 10302. Sanctum, quod sit divinum humanum Domini, n. 10359, 10360. Sanctum quod sit bonum et verum quæ a Domino, n. 10361. Sanctum quod sit bonum amoris et verum fidei apud hominem a Domino, n. 10361.

**SANGUIS**, quod sit sanctum, charitas, amor, ipse Dominus, n. 1001. Quod sanguis clamat sit reatus, n. 376. Quod sanguis sit violentia illata charitati et omne malum, n. 374, 1005. Quod esus sanguinis sit prophanatio, n. 1003. Quod crudeles et violenti in altera vita delectentur videre sanguinem, n. 954. Sanguis quod sit sanctum verum procedens a Domino et in opposito sensu verum falsificatum et prophanatum, ostensum, n. 4735, 4978, 7317, 7326. Sanguis inquiri, quod sit conscientiae morsus, n. 5476. Sanguis uarum quod sit divinum bonum a divino amore Domini, n. 6378. Sanguis quod sit sanctum verum quod boni innocentiae, n. 7346. Sanguis quod sit divinum verum divini boni quod ex divino humano Domini, et reciprocum hominis, n. 7851, vide *Cœna*. Sanguis agni quod sit verum boni innocentiae, n. 7846, 7877. Sanguis quod sit divinum verum, ostensum, n. 9127. Effundere sanguinem, quod sit violentiam inferre vero divino et bono, ostensum, n. 9127. Sangnis Domini cum aqua effusus, quid, n. 9127, f. Sanguis quod sit divinum verum procedens a Domino, ostensum, n. 9393. Quod sanguis sit divinum verum et quod sanguis Domini id sit, n. 10026, 10033. Quod sanguis sparsus super altare circum circa et ad

## S A

**f**undamentum altaris significaverit conjunctionem divini veri cum divino bono, in Domino, n. 10047. Quid est quod Dominus redimerit hominem per sanguinem suum in sensu externo, interno et intimo, quod in hoc sit, quod subjugaverit inferna et redigerit omnia in ordinem in cœlis, et quod homo aliter non salvari potuerit, n. 10152, et quod hoc factum sit per divinum humanum ipsius, ostensum, n. 10152. Quod sanguis sit divinum verum, citatum, n. 10204. Sanguis quod sit proprium intellectuale, caro quod sit proprium voluntarium, n. 10283.

**SAPIENTIA.** Quid intelligentia et quid sapientia, n. 1555. Quod sapientia, intelligentia, et scientia sint filii charitatis, n. 1226. Quod Domino infinita sapientia, quia in amore divino, n. 2572. Via interna, qua Domino, seu ex ipso amore, n. 2500. Quod in genuino amore insit sapientia et intelligentia, n. 2500. Quod angelis tanta sapientia et intelligentia, quia in amore, n. 2572. Quod intelligentia et sapientia in innumeros crescant illis qui in charitate in altera vita, n. 1941. Quid sapientia, intelligentia, ordo, in sapiente gentili, n. 2592. Sapientia antiquorum, quod per naturalia significarent spiritualia, quod illa hodie desperdit sit, n. 3179, f. Quod angeli innumerabilia capiant, quoram ne quidem communissima honio, exemplum, n. 3314. Qui divina Domini receperunt, nempe amorem et charitatem, quod sapientia donentur, et qui non recipiunt, quod sint amentes, n. 4220. Quod nullius intelligentiae sicut et crase corporei qui in amore sui et mundi fuerunt, n. 4221, experientia, n. 4221. Quod progressio versus interiora manifeste appareat in altera vita, ut a nimbo in lucem, n. 4598. Magi quod sint scientifica interiora et sapientes scientifica exteriora, de quibus ostensum, n. 5223. Quod vir intelligens et sapiens sit verum et bonum, n. 5287, 5310. Qui in bono sunt, quod in altera vita in facultate sapiendi sint, illustratum, n. 5527. Qui in bono charitatis vixerat, quod in omnem sapientiam in altera vita veniat, quia illa ipso bono inest, n. 5859. Quod Egyptii et Chaldaei vocaverint scientiam sapientiam, n. 7296. Quod omnis sapientia sit ex Domino, n. 9943. Quod homo tantum sapiat, quantum addicat omnia veri et boni Domino, n. 10227. Quid sapientia, intelligentia, scientia, opus, et quod consequantur ordine, et sint unum, n. 10331.

**SAPOR,** vide *Gustus* et *Lingua*.

**SAPPHIRUS.** Opus sapphiri quod sit translucidum a veris internis, et omnia a Domino, ostensum, n. 9407. Chrysoprasus et sapphirus et adamas quod sint amor cœlestis boni qui est bonum internum interni cœli, illustratum, n. 9868. Sapphirus in sensu communi quod sit exterum regni cœlestis, ostensum, n. 9873.

**SARAI** quod sit verum adjunctum bono, n. 1468. Quod sit intellectuale adjunctum bono, n. 1901. Quod Sarai dicta Sarah, ut representaret Domini divinum intellectuale, ex adjuncta H in nomine Jehovah, n. 2063. Quod Sarah representet verum et Abraham bonum Domini in illo statu, n. 2172, 2173, 2198. Quod Sarah uxor sit spirituale verum adjunctum cœlesti bono, n. 2507. Quod Sarah sit verum boni, seu intellectuale divinum, n. 2068, 2065.

## S C

**SATELLES.** Princeps satellitum, quod sint primaria interpretationis, n. 4790, 4966, 5084.

**SATIARE** ad satietatem, quod sit quantum volunt, tunc de malo, n. 8410, et cum de bono, sit quantum recipere possunt, n. 8432.

**SATURNUS.** De spiritibus et incolis planetæ Saturni, n. 8947 ad 8957. Quod apparet autorsom ad distantiam, n. 8947, quod apparet parvi, cur, n. 8948. Quod Dominum colant et quod ipse apparet quandoque illis, n. 8949. Quod apparet se velle interimere cultris, cum aliqui tentant illos seducere, quid, n. 8950. Quod cingulum apparet illis ut niveum lucidum in cœlo, n. 8952. Quod referant medium inter sensum spiritualem et naturalem, n. 8953. Quod bini vivant simul, cum liberis ita familiis, n. 8954. Quod nihil aestinent corpus et projiciant post mortem, n. 8955. Vetus illorum quod sint fructus et legumina, vestitus quod sit levis quia cute crassi cincti, n. 8956. Quod spiritus Saturni mirentur quod nostræ telluris spiritus quærant quem Deum colunt, n. 9105. Quod agnoscant Dominum pro unico Deo, n. 9105. Quod Mercurii spiritus veniant ad illos, et eliciant cognitiva, n. 9106. Collisio inter internum seu spiritualem hominem et externum seu naturalem separatum ab interno, per spiritus Saturni et per spiritus nostræ telluris, n. 9107, 9108, 9109, 9110.

**SCABELLUM PEDUM,** quid, n. 2102. Quod sit verum divinum infra cœlum, quale est Verbum in sensu literali, n. 9166.

**SCALA,** quod sit communicatio et quidem insimi veri et boni inde, n. 3009, 3701. Caput scalæ quod sit cœlum, n. 3700.

**SCEPTRUM** quod sit potentia veri ex bono, n. 4876.

**SCHADDAI,** quod fuerit Deus Abrahami, et quod per illum primum coram Abrahomo representatus Dominus, n. 1992. Quod Schaddai fuerit Deus tentationum, qui benefecit postea, n. 1992. Quod Schaddai sint tentationes, n. 3067, et quod Deus fuerit in domo Abrahami, Jischaki et Jacobi, n. 3067. Quod sit tentatio et postea solatium, n. 4572. Quod Deus Schaddai sit tentatio, et quoque consolatio post temptationem, n. 5628, et quod fuerit Deus familia Therachi, ita Abrahami et Jacobi, n. 5628. Deus Schaddai quod etiam sit divinum, n. 6229.

**SCANDALUM,** vide *Offendiculum*.

**SCHALEM,** quod sit status pacis et tranquillitatis, n. 1726. Quod sit tranquillitas pacis, n. 4393.

**SCHAVETH,** quid vallis Schaveth, n. 1723.

**SCHEBA,** vide *Aethiopia*, n. 117. Quid Scheba et Seba, quod cognitiones ostensum, n. 1171. Quod Scheba et Dedan sint cognitiones cœle tiui seu illi qui in illis, n. 3240. Quod Scheba sint proprie illi qui in cognitionibus boni, Dedan qui in cognitionibus veri ex bono, n. 3240, f. Quod Scheba et Dedan non sint filii Ramæ seu pronepotes Chani, sed nepotes Abrahami ex Katura, n. 3240.

**SCHENEM,** vide *Sechem*.

**SCHELACH** quid, n. 1237, 1339, 1341, 1342, 1344.

**SCHELAH** filius Judæ quod sit idolatrium, n. 4825, 4826, 4845.

**SCHEM,** quod sit cultus internus, n. 1062, 1140, 1141. Influxus qualis corum qui ab ecclesia Schem, n. 1127.

## S C

SCHETH quid, n. 436, 437, 484.

SCHILOH, quod sit Dominus et tunc tranquillum pa's, quia ab ipso omnia pacata sunt et in ordinem redacta in cœlo, n. 6373.

**SOLUS**. Quid solus esse aut solus habitare, n. 139, 171. **SOMNUS, SOMNIUM**, vide *Dormire et Culare*. Quod Dominus maxime tutetur hominem cum dormit, n. 939, f. Quod sirenes dolosæ in somno insidiatae disceptionis ponere passæ, n. 959. Quod antiquissima ecclesia deliciosa somnia, inde eorum paradisiaca, n. 1129. Quod quidam vastentur per statum somni, n. 1108. Quod sopor sit status tenebrosus, n. 1838. De somniis etiam propheticis, quæ in Verbo, n. 1978 ad 1983. Quod somnia ejusdem generis sint cum visionibus, n. 1979. Quod tria genera somniorum sint, n. 1976. Quod

somnia deliciosa inducantur a spiritibus angelicis, qui in limine ad Paradisiaca, n. 1977. Loquutus cum spiritibus et angelis qui introduxerunt somnia, n. 1977, 1979. Quod ideæ angelorum vertantur in representativa varia, inde somnia, n. 1980, 1981. Quod sirenes in somno loquuta ut ex me, et infestaverint bonos spiritus, n. 1983. Quod somnium noctis sit obscurum, n. 2514, 2528, 5219. Quod somnium sit eventus, n. 5092. Interpretatio somni, quid, n. 5093, 5105, 5107, 5141. De quodam qui in somno usque sapienter loquutus, n. 4048. **SORBERE** quod sit simile cum bibere, sed in diuinativo, n. 3089. Fac mihi sorbere quod sit desiderium conjunctionis, n. 3320.

**SORDES**, vide *Excrementum*.

**SOROR**, quod sit verum intellectual, n. 1495. Quod Sarah ut soror sit verum rationale, ut uxor spirituale, n. 2508. Quod bonum rationale sit frater et verum rationale soror, n. 2508, 2524, 2556, 3160. Quod affectio boni et affectio veri in naturali homine se habeant ut frater et soror, at affectio veri e naturali homine in rationalem evocati et ibi coniuncti, ut mulier maritata, n. 3160. Soror quod sit verum rationale, n. 3386. Quod Abrahami uxor sui soror ab illo dicta, et quod Jischaki mulier Rebecca etiam sui soror ab illo dicta, ærcanum sit, de quo, n. 3386, 3398.

**SORTES** regni Domini dicuntur, quia terra quæ dividetur per sortes significat regnum Domini, n. 3239.

**SPATIUM**, vide *Locus*.

**SPELUNCA** montis quod sit bonaum obscurum sensuale falsi, n. 2463. Spelunca agri Machpelæ quod sit obscurum fidei, n. 2935.

**SPHÆRA**, vide *Perceptio, Communicatio, Odor, Idea*. Quod spiritus percipiuntur quales sunt ex sphæra, n. 1048, 1053, 1316, 1504. Quomodo comparantur hæ sphæræ ab exemplo, n. 1505. Sphæra, amoris sui, exemplum, n. 1506. Sphæra auctoritatis eorum, qui in dignitate natpsunt, quod diversæ, n. 1507, 1508. Quod temperentur bonitate, si boni, n. 1508. Sphæra assentatorum, quam molestæ, et torporem inducens, n. 1509. Quod sphæra, principiorum et persuasionum falsi excite confirmantia, n. 1510, 1511, vide *Principium*. Sphærapedidi, n. 1513. Quod sphærae odii venenatæ, n. 1512. Quod sphærae non semper sensibiles existant, n. 1520. Quod sphærae sensibiles sistantur per odores, n. 1514, 1517, 1518, 1519, vide *Odor*. Quod mali spiritus non aggredi ausint regeneratos, quia illico ex sphæra percipiunt responsum et resistentiam, n. 1695. Quod sphærae phantasiarum sint sicut nimbi, n. 1512. Quod sphærae spirituum sint ex activitate rerum in memoria eorum interioriæ, n. 2489. Quales sphærae eorum qui in vita mali, n. 2401. Quod sphærae spirituales circumfundant unumquemvis, tetra qui in solis extensis et grata in internis tum in bono, n. 4464. Quod sphæra sit vita cuiusvis, secundum fines, seu quod idem secundum affectiones amoris, n. 4464. Quod sphærae spirituales sint circum hominem, illustratum ab illis qui fortunæ adscribunt omnia, n. 5179. Quod sphæra spiritualis sit exhalatio effluens a vita amorum, et quod secundum sphæras consociationes et dissociationes in altera vita, n. 6206, f. Quod sphæra fidei et vita sit circum-

## S P

tinumquemvis spiritum, magis circum societatem, illustratum, n. 7454. Sphæra extensionis ad societas, n. 6598 ad 6613. Quod sphæra extensionis veri sit secundum quale et quantum boni, et secundum sphæram extensionis in celo sit cuius intelligentia et sapientia et sit felicitas, n. 8063. Quod conjungantur secundum sphæras, n. 8630. Quod quisque habeat extensionem in sphæras societatum angelicarum secundum quale et quantum boni, et quoque vice versa secundum quale et quantum in ali in sphæras societatum infernali, n. 8794, 8797. Quod non licet inferioris cœli spheras ascendere, sic enim fit dolor et cœcitas, n. 8797. Quod sphæra divini boni a Domino circumdet cœlum et societas ibi et sic tutetur, de qua, n. 9490, 9491, 9492, 9489, 9499. Quod sphæra divina circumdet cœlum, et quoque infernum, sed cum differentia, quod in inferno sit sphæra divini veri, separati a divino bono, in externis, non autem in internis, n. 9534. Sphæra divini veri qualis, concipienda, n. 9498. Quod sphærae ex angelis et angelicis societatis sint, et quod per illas fiat conjunctio, n. 9606. De sphæris citationes omnes, n. 9606. Quod sphæra boni et veri quae a Domino conjungat, quae ab angelorum proprio disjungat; ita quod solus Dominus conjungat, n. 9606, f. Quod in celo conjungatur secundum sphæras vitae, n. 9607. De sphæris in genere, citationes, n. 10188, f. De sphæra divina boni a Domino, ejusque extensione per cœlum in inferna, et de receptione ejus varia secundum quale subjecti, n. 10188. Quod infernales non intrare possint cœlum ob contrarietatem sphærarum, n. 10187. Quod secundum sphæras affectionum et inde cogitationum conscientur et dissocientur spiritus, sin aliter, quod fiat collisio, et anxietas, n. 10312.

**SPICA**, vide *Arista*.

**SPINA**. Quod spina et carduus sit maledictio et vassatio, n. 273. Spinæ, quod sint falsa concupiscentiarum, ostensum, n. 9144. Spinarum corona super Domino tunc quod representaverit statum ecclesiæ quoad Verbum, n. 9144, f.

**SPIRITUALIS**, vide *Intellectus, Cœlestis, Cultus, Internum, Externum, Naturale, Cœlum et Ecclesia*, ubi de *Regno Spirituali et de Angelis ibi*. Qualis homo spiritualis, qualis cœlestis, et qualis mortuus, n. 81. Quod homo spiritualis dum fit cœlestis, sit sextus dies vespera Sabbathi, n. 86. Quid cœleste et spirituale, n. 1155, 1577. Quod cœleste, spirituale et naturale sibi succedant, n. 775, 880, 1096, f. 1702, 1707, 1632. Quod spirituale hominis dominium procedat ab externo ad internum, n. 52. Quod detur paralelismus et correspondentia inter Dominum et hominem, quoad cœlestia, n. 1831, non autem quoad spiritualia, n. 1832. Quod spirituale sit verum intellectuale, quod obviam fit cognitionibus et unde nascitur rationale, n. 1901. Quid cœleste et quid spirituale, n. 2046, 2184. Quid bonum cœleste et bonum spirituale, n. 2227. Quid cœleste verum et quid spirituale verum, quod illud a Domino influat apud hominem cœlestem, hoc apud spiritualem, n. 2609. Quod cœleste sit amor seu boni, spirituale sit fidei seu veri, n. 2807. Quid spirituale fidei, n. 2504. Cœlestes et spirituales qui et quales, n. 2088, 2669, 3706, pr.

## S P

2715. Quod spiritualibus obscurum respective, n. 1043, 2708, pr. 2715. Quod obscurum apud spirituales illuminetur a divino humano Domini, n. 2716. Quod cœlestes a bono et vero in quo sunt, spectare possint indefinita, ut in die, at quod spirituales non possint ad primum terminum eorum lucis venire, quia disputant num ita sit, illustratum exemplis, n. 2718. De regeneratione spiritualium, vide *Regeneratio*. Quod Dominus mundum venit, ut salvaret spirituales, n. 2661, 2716. Quod spirituales sint implicati in scientifico naturali quoad vera fidei, causa, n. 2831. Quod spirituales salvantur ex divino humano Domini, et adoptati sint, n. 2833, 2834. Quod spirituales comparentur stellis quia in obscuro respective ad cœlestes, n. 2849. Quod spirituales sint intra ecclesiam, qui extra non vere spirituales sunt, quam cum illustrati in veris fidei, n. 2861. Quod spirituales in obscuro sint quoad bonum et verum, n. 2935, 2937. Quod spirituales per verum introducantur in bonum, quomodo, n. 2954. Quia spiritualia sistuntur in naturalibus, quod inde correspondentia et representationes, n. 2987 ad 3002, vide *Representationes*. Quid spiritualis et naturalis homo, seu quod idem internus et externus; quod spiritualis sapiat ex luce cœli, naturalis autem ex luce mundi, n. 3167. Quod cœleste sit boni quod a Domino influat, spirituale autem quod sit verum inde, n. 3166. Quod per lapsum facta sit separatio inter spirituale et naturale, et tunc naturale ceperit se extollere super spirituale, quare regeneratio, n. 3167. Quinam cœlestes et quinam spirituales, n. 3236. Quid spirituale bonum et spirituale verum illi adjunctum, n. 3236. Quod ex ecclesiæ cœlesti et spirituali sit bonum et verum, sed cum differentia, de quibus, n. 3240. Quod spirituales de essentialissimo, nempe de Domini divino humano, secrete dissentiant, quid non de reliquis, n. 3241. Quod cœlestes dicant quod ita sit, spirituales autem ratiocinentur num ita, n. 3246. Quod cœlestes ex conjugio boni et veri, spirituales ex fœdere non ita conjugalii, n. 3246. Quod filii concubinarum sint spirituales, n. 3246. Quod spirituale sit in rationali et parum differant, n. 3264. Quod apud spiritualem hominem principio dominetur verum, n. 3330, vide *Verum*. Quod spirituale in genuino sensu sit lux veri a Domino influens in rationale et naturale, et cœleste omnis flamma boni a Domino, n. 3374. Quod illi in obscuro sint nec primum sapientiae limen videant qui ratiocinantur num sit et num ita sit, illustratum, n. 3833. Quod bina regna sint, cœleste et spirituale, et quod cœlestes pertinuant ad provinciam cordis, spirituales pulmonum, n. 3887. Quod naturalis homo sit oppositus spirituali, illustratum, n. 3913, 3928. Quod tentatio sit pugna inter naturale et spiritualem hominem cum dissident, n. 3928. Quod spirituales salvati sint per adventum Domini in mundum, et quod conjuncti sint cum cœlestibus, quia Dominus per cœlestes regnum influat in spirituale mediate et immediate, parum, n. 3969. Qui de spiritualibus modo naturalem ideam habent, et non agnoscant, et qui sensualem, n. 4046. Quod regnum cœlestis sit et regnum spirituale, de quibus, n. 4138. Quid cœlestes, spirituales, quod cœlestes sint ex amore matuo, et spirituales ex intelligentia inde, n. 4236,

## S P

Quod cœlestes spirituales sint qui participant ex rationali qui sunt Josephus; et qui ex naturali, qui sunt Israel, n. 4286. Spiritualis homo quod sit interior naturalis, n. 4402. Quod lux a Domino incidat apud illum in vera fidei, et quod modo sit communis illustratio inde, n. 4402. Quod spirituale sit lux illa et inde intelligentia, n. 4402. Quod antiquissima ecclesia, antiqua et christiana quoad interna concordent, quia una sunt, n. 4489. Sed quod Dominus per viam internam seu priorem influxerit apud hominem antiquissimæ ecclesiæ, sed per viam externam seu posteriorem apud hominem antiquæ et christianæ ecclesiæ, illustratum, n. 4489, 4493. Quod homo antiquissimæ ecclesiæ alio et diverso genio et indole fuerit quam homo ecclesiæ antiquæ, n. 4493. Quod cœleste sit quod boni, et spirituale quod veri, et quod illis terminis utendum sit, n. 4585. Spirituale cœlestis quod sit intermedium inter externum seu naturalem hominem et inter internum seu rationalem, n. 4585, 4592, 4594. Quod Dominus solus natus sit spiritualis cœlestis homo, cur, n. 4592, 4594. Quod divinum spirituale sit divinum verum quod procedit a Domino, n. 4669, 4675. Quod spirituale prædicetur et de rationali et de naturali, n. 4675. Differentia inter cœlestes et spirituales, n. 4788. Quod cœlestes sint caput, spiritualia corpus, et naturalia pedes, et quod ita succedant et influant, n. 4938, 4939. Quod spirituale et cœleste dicuntur et de naturali et de rationali, n. 4980. Spirituale in naturali, quid, illustratum, n. 4988, 4992. Quod mere naturales ad illa quæ cœli sunt, et ad nominationem solam spiritualium nauseant, ab experientia, n. 5006. Quod spirituale sit prius, et naturale posterius, illustratum, n. 5013. Quod spirituale et naturale convenient in vero ultimo, sed usque quod non sit conjunctio sed affinitas, et quod separentur, n. 5008, 5028. De illis qui in bono naturali non spirituali, et eorum sorte in altera vita, respective ad illos qui in bono spirituali, sive ex religione, de quibus, n. 5032. De regeneratione hominis ecclesiæ cœlestis quoad voluntaria, et hominis ecclesiæ spiritualis quoad intellectualia, n. 5113. Spirituale et cœleste est in rationali et in naturali, n. 5150. Spiritualia in scientificis, cum fidem et charitatem habent, n. 5637, f. Spirituale quod sit affectio boni et veri propter bonum et verum, tum justi et æqui propter illa, n. 5639. Cur orbis christianus id ignorat, n. 5639. Quod regnum cœlestis et spirituale conjugantur per charitatem erga proximum, n. 5922, vide *Charitas*. De veris spiritualibus, quæ et qualia, n. 5951, vide *Verum*. Quod spirituale sit in luce cœli, et naturale in luce mundi; quod illud sit internum ecclesiæ, hoc autem externum, n. 5905. Quod spirituales crescant præ cœlestibus, quia voluntarium est desperditum, n. 6296. Quod spirituales in obscuro sint, respective, n. 6289. Quod spirituales in ordine teneantur per cœlestes ex influxu a Domino per eos mediate, et quoque immediate, n. 6366. Quod ante adventum Domini non regnum spirituale, ostensum quales post adventum ipsius, n. 6372. Distinctio inter regnum cœlestis et regnum spirituale; quod externum regni cœlestis sit amor mutuo et internum regni spiritualis sit charitas erga proximum, et quod conjugantur

## S P

per medium, n. 6435. Quod amor mutuo dicatur de externo regni cœlestis, et charitas de interno regni spiritualis, n. 6435. Quod regnum spirituale Domini constet ex illis qui in veris non puris sunt, quia doctrinalia ecclesiæ illis sunt vera, inde tale bonum illis existit quod non potest non impurum esse, sed quod a Domino purificetur continue, n. 6427. Quod ecclesia spiritualis oppugnetur continentur ab infernis, et quod Dominus illam continuo tutetur, n. 6419. Quod influxus ab intimo erit in bonum ecclesiæ spiritualis, alioquin bonum illius non est bonum, n. 6499. Quod spirituales non possint elevari ad primum gradum boni ecclesiæ cœlestis, causæ, n. 6500. Quod homo ecclesiæ spiritualis infestetur in altera vita a scientificis et falsis, et per id purificetur ut elevari queat in cœlum, n. 6639. Quod homo ecclesiæ spiritualis primum per vera ducatur in bonum et dein per bonum in vera, n. 6647, 6648, et sic in aëternum, n. 6648. Spirituale quod sit divinum verum procedens a Domino, de quo, n. 6686. Quod spirituales ante adventum Domini in terra inferiore detenti fuerint in locis quæ vocantur soveæ, et quod per adventum Domini salvati et elevati in cœlum, ostensum, n. 6854. Quod spiritualia dicantur, quæ in medio cœlo, n. 6945. Quod spirituales de omni cœlesti et spirituali naturales ideas habeant et quoque de divino, n. 7091. Quod spirituales ante adventum Domini, detenti in terra inferiore, n. 7090, 7686, 8099. Quod spirituales unice per adventum Domini salvati, n. 7828, 7932, 8261. Quod spirituale fastidio habeatur, n. 8783. Quod spiritualia non scientifice capienda, n. 8783. Cœleste et spirituale, quomodo cum illis se habet, n. 8827, 9277. Spirituale, quid, n. 9550, 9569. Cœlestes spirituales et spirituales cœlestes, Joseph et Benjamin, n. 9671. Quod cœlestes et spirituales differant, n. 9818. Quod spirituale sive bonum regni spiritualis, idem sit, n. 9915. Spirituale quod ex cœlesti, n. 9942. Spirituale naturale, quid, n. 9992. Cœlestia et spiritualia vocantur, quænam, n. 10604.

**SPIRITUS**, vide etiam *Angelus*, *Anima*, *Genius*. Quod spiritus Dei sit misericordia, n. 19. Quod apud unumquemvis hominem sint spiritus et angeli per quos regitur a Domino, n. 50, 697. Quod loquitos cum spiritibus et angelis, et quod homo ita creatus sit ut cum iis loqui possit, n. 5, 67, 68, 69, 1880. Quod ideo cœlum et terra conjuncta sint, n. 1880. Qui in alteram vitam veniunt, quod non sciant aliter quam quod vivant in corpore, n. 320, 447. De iis qui de spiritualibus ratiocinantur ex sensibilibus, scientificis et philosophicis, n. 196. Quod pauci credant dari spiritus, minus quod aliquis possit loqui cum spiritibus, n. 448, 1594. Quod pauci credant vitam dari post mortem, n. 946, 1594. Quid opinati quidam de spiritibus, n. 443, seq. Quidam quod obscurum quid essent sicut larva, n. 443. Quidam quod spiritus non essent extensi, sed sola cogitatio, n. 444, 445. Quidam negarunt spiritum esse in loco, n. 446. Quod spiritus habeant visum, auditum, odoratum, tactum, exquisitiores quam dum in corpore, tum cupiditates, affectiones, cogitationes, et omnes facultates excellentiores; quodque inter se loquantur, n. 321, 328.

## S P

Quod spiritibus et angelis **omnis** sensus præter gustum, n. 1880, 1881, vide *Sensus*. Quod indignentur spiritus, cum iis dicitor non gaudere sensibus, n. 1630, 1881. Quod status spiritus spirituum perfectior sit quam hominum, n. 1389. Quod spiritus nihil videant in mundo solari nisi per hominem, n. 1880. Quod per meos oculos viderint, n. 1880. Qualis et unde vita malorum spirituum, n. 1742. Quod spiritus mali depravati sint omni potentia apud regeneratos, et ex sphæra percipiāt illico responsum et resistantiam, n. 986, 1695, 1740. Quod spiritibus licet malum agere, sed non falsa loqui, n. 986. Quod non licet eis falsum loqui, nisi ex malo, quod eorum vita, n. 1695. De loquela spirituum et angelorum, n. 1634 ad 1650, 1754 ad 1764, vide *Loquela et Lingua*. Quod infernales spiritus nequeant aliquid mali et falsi excitare apud infantes, et simplices corde, n. 1667. Quod Domino nulla potestas ex malis spiritibus, sed omnis ex semet, quia ex bono, n. 749. Quod tentationes existant a malis spiritibus, n. 741, 751, 761. Quod mali spiritus et genii pugnant contra amores hominis, ita contra ipsam ejus vitam, n. 1820. Quod omnes spiritus et angeli fuerint homines, n. 1880. Quod spirituum organica non ibi sint ubi apparent, n. 1378. Quid abduci corpore, aut nescire num in corpore, vel extra corpus, quod in eo statu spiritui hominis exquisitus sensus, n. 1883. Quid a spiritu auferri in aliū locum, n. 1884. Quod spiritus et angeli substantiae organicae sint, n. 1533. Quod spiritus et angeli percipiāt interiora cogitationum hominis, n. 1931. Quod omnes mutationes status, tum quoad voluntaria quam quoad intellectualia, per spiritus et angelos regantur a Domino, n. 2796. Quod apud unumquemvis hominem sint spiritus et angeli, et quod per eos communicatio, n. 2886, 2887. Quod spiritus et angeli apparent ut homines, n. 3633. Quod spiritus sint substantiae et formae reales, et boni corpore purificato prædicti, n. 3726. Quod divinum spirituale, seu divinum verum, sit quod vocatur *Spiritus Veritatis*, de quo apud Johannem, n. 3969, f. Quod sint spiritus et angeli per quos fit communicatio, n. 4047, 4048. Quod homo sit in medio spirituum et angelorum talium qualis ipse, n. 4067, 4073, 4077. Quod qui in malo adsciscant sibi societas, iis autem in bono adjungantur a Domino, n. 4073. Quod ex societatis, ut ex causis, angeli videant qualis homo, qui apud hominem, n. 4073. Quod Dominus societas spirituum et angelorum apud se habuerit, sed quod nihil ex illis desumserit, sed per illos a divino, illustratum, n. 4075. Quod spiritus indignentur valde, cum recedere cogunt, n. 4077. Quod sint societas mediæ quæ inserviunt pro mediis et communicationibus, n. 4088. Quomodo societas duplicitis generis separantur ab illis qui regenerantur, et quod in libero, n. 4110, 4111. De mutationibus status illarum tunc, n. 4111. Quod conjungantur quoad affectiones, et tandem ubi affectio regnans, n. 4111. Quod in altera vita communicatio sit affectionum, ut non spiritus sciant aliter quam quod illorum sint; ita spiritus cum ad hominem veniunt, n. 4186. Quod ex situ et applicatione spirituum ad me, scire potuerunt quales essent, p. 4403. Quod spiritus sit qui

## S P

sentit in corpore, n. 4622. Quod spiritibus multo exquisitoribus sensibus pollet quam homo in corpore, causa, n. 4622. Quod illa qua in altera vita visa sint oculis spiritus mei, non corporis, n. 4622. Quod divinum verum a Domino sit paracletus et spiritus veritatis, n. 4673, f. Quales spiritus mali et ubi, et quales genii et ubi, n. 5035. Quod ab antiquis per spiritum intellectus sit interior homo, qui victurus post mortem corporis, at hodie abstracte soluū interior affectio et cogitatio, n. 5222. Spiritus Dei quod sit verum in quo bonum, quod procedat a Domino, n. 5307. Quod spirituale in universali sensu sit affectio boni et veri propter bonum et verum, non propter se, n. 5639. De angelis et spiritibus apud hominem, n. 5846 ad 5866, et 5970 ad 5993, vide *Homo*. De mundo spirituum, n. 5852, vide *Mundus*. De spiritibus emissariis qui subjecta dicuntur, n. 5856. vide *Subjecta*. Quod duo spiritus ab inferno sint apud hominem, est quia sunt spiritus et sunt genii, differentia inter spiritus et genios, qualis, n. 5977. Quod apud hominem sint duo spiritus ab inferno, quod is non credit, et quod secundum doctrinam ecclesiæ quodam modo sit quod spiritus ab inferno et angeli e cœlo apud hominem sint, n. 5979. Quod spurca et foeda spirituum infernalium vertantur in mitia apud angelos, n. 5981, vide etiam *Subjecta*. Quod sint spiritus qui apparent crasso corpore, quod sint qui sibi persuaserunt contra divinum et sic clauerunt interiora, n. 5991, 6318. Ut homo vivere possit, quod ei omnino adjuncti erunt angeli e cœlo et spiritus ab inferno, n. 5993. Quod anima sit ipse homo qui vivit post mortem, et quod præstet dicere spiritus seu interior homo, quam anima, n. 6054. Quod spiritus in altera vita apparet ut homo in omnibus quæ homini, de quibus, n. 6054. Quod spiritus apud hominem percipiāt sicut cogitat homo, et non sicut sentit corpore, n. 6319. Quod *Spiritus Sanctus* sit divinum procedens, seu sanctum quod procedit a Domino, n. 6788. Quod sanctum prædicetur de vero quod procedit a Domino, et quod *Spiritus Sanctus* sit sanctum verum, ostensum, n. 6788. Quod divinum verum procedens a Domino non possit audiari nec percipi priusquam transivit cœlum, et tunc percipitur sanctum, n. 6982. Quod *Spiritus Sanctus* sit divinum verum quod procedit a Domino, et quod non sit aliquis spiritus ab æternō, n. 6993. Quod divinum verum quod mediate enuntiatur etiam sit immediate ex Domino, n. 7004. De *Spiritu Sancto* videatur *Sanctum*. Quod spiritus loquuti sint cum hominibus in antiquis temporibus, n. 7802. Peccatum in *Spiritum Sanctum*, cur non remitti queat, quod sit hypocrisia seu dolus, ostensum, n. 9013, 9014. Paracletus seu *Spiritus Veritatis* quod sit divinum verum a Domino n. 9199. Quod divinum procedens a Domino sit *Spiritus Sanctus*, vide citationes, 9228. Quod respirare sit status vitæ fidei, et quod inde anima sit vita fidei, ex animatione, ut et spiritus qui inde est a vento dictus, illustratum et ostensum, n. 9281. Loqui cum spiritibus quod perniciosum, nisi homo sit in genuina fide, et ducatur a Domino, n. 9438. Quod duci ad tellures in universo sit quoad spiritum, et fiat per variationes status interiorum, a Domino, n. 9579, 9680, et quod hoc capere negent sensuale-

## S T.

**corporeum**, sed **sensuale spiritus remotum a corpore**, n. 9581. **Spiritus cum de homine**, quod sit intellectus veri et inde vita, et quod spiritus Dei et spiritus sanctus sit divinum verum procedens a Domino, multis ostensum, n. 9818. **Quod spiritus apparent apud suam tellurem**, qui simili genio sunt cum incolis, ac ut adsint apud illos, n. 9968. **Quod homo, angelus, spiritus sit sicut ejus amor**, n. 10177. **Quod spiritus sit vita a Domino**, et caro vita ab homine, ostensum, n. 10283. **Quod homo et spiritus non sit nisi quam suum verum et suum bonum, illustratum**, n. 10298. **Impleto spiritu Dei quod sit influxus et illustratio ex divino vero**, n. 10530. **De cogitatione coelesti, spirituali et naturali, quæ et qualis**, n. 10604, vide *Idea*. **Quod in tellure quadam in universo apparent spiritus in forma humana**, et quomodo id sit, sicut factum antiquitus in nostra tellure, de quibus, n. 10751, 10752. **Quod spiritus hominis in altera vita appareat quoad omnia sicut homo**, et eis hoc non seitur in nostra tellure, causa, n. 10758. **Quod homo post mortem sit in forma humana et in corpore suo**, n. 5078.

**SPOLIUM**, vide *Præda*.

**SPONDERE** pro alio quod sit ei adjungi, n. 5609, 5639.

**SPONSA, SPONSUS**, vide *Uxor, Maritus, Vir et Mulier*. **Quod sponsa representet ecclesiam**, ac ideo data ei monile et armillæ, de quibus, n. 3103, 3105. **Quod ecclesia comparetur sponsæ**, et quod antiquo tempore sponsæ darentur vasa argenti, auræ et vestes, ut significarentur verum, bonum, et ornatus eorum, quæ sunt ecclesiæ, n. 3164, 3165. **Quod pœplum**, quo se obtexerint faciem sponsæ, cum priuum viderent sponsum, sint apparentia veri, n. 3207. **Quod Dominus appelletur sponsus ab affectione boni quae ab ipso influit**, n. 3207. **Sponsus quod sit ecclesia representativum apud posteritatem Jacobi**, n. 7047. **Desponsari quod sit convenientia et inde conjunctio**, n. 8906. **Desponsatio quod sit conjunctio prima quæ interni hominis absque externo, conjugium conjunctio etiam externi, ostensum**, n. 9182. **Spousus quod sit bonum et sponsa verum, ostensum**, n. 9182.

**SQUAMA**. Squamosa cutis, n. 5556, vide *Cutis*.

**STACTE**. Aromata, resina, stacte, quod sint vera interiora naturalia, n. 4748. **Stacte quod sit verum ex bono in naturali interiori**, n. 5621. **Stacte quod sit affectio veri sensualis, alia voce verum interni naturalis**, n. 10292.

**STAGNUM** ejus descriptio, n. 819. **De stagno luto**, n. 956. **Stagnum aquarum quod sint cognitiones boni et veri per quas intelligentia, et cum de Egyptiis agitur**, quod sint scientifica, ostensum, n. 7324. **Stagnum ignis et sulphuris**, quod infernum, n. 7324, f.

**STARÆ coram aliquo quod sit præsentia**, n. 5638, et quoque apparentia, n. 7436.

**STATUÆ**, vide *Altare et Lapis*. **Quod statuæ sint sanctus terminus**, ita ultimum ordinis, proinde verum, ostensum, n. 3727, et quod erigerentur in signum, in testem, et in cultum, ostensum, n. 3727. **Quod in opposito sensu sint cultus ex falso**, ostensum, n. 3727. **Quod fuderint oleum super caput statuæ quod esset quod bonum esset ex quo verum**, n. 3728. **Ungere statuam quod sit verum**

## S T.

**bonum facere**, n. 4090. **Statua quod sit sanctum veri**, n. 4580. **Quod origo statuarum ab antiquissimis temporibus, et quomodo dein factæ in cultum**, de quibus, n. 4580. **Per statuere statuam, libare libamen super illam, effundere oleum super illam**, quod representata sit progressio glorificationis Domini, et regenerationis hominis, a vero ad bonum, n. 4582. **Altare quod sit representativum Domini quoad divinum bonum, statuæ quoad divinum verum**, n. 9388, 9389. **Quod statuæ apud antiquos in usu fuerint sicut cultus ex veris, et postea cultus idolatricus ex falsis, illustratum et ostensum**, n. 10543. **Quod significaverint cultum ex veris**, erat quia erant lapides, et lapides vera significant, n. 10643.

**STATUS**. **Quod omnes status hominis redeant in altera vita**, n. 823. **Quod mutationes loci in altera vita sint mutationes status**, n. 1273, 1274, 1275, 1379. **Quod omnes status mali et boni maneat post mortem**, et redeant, sed diversimode, n. 2116, 2250. **Quod mala separantur a bonis apud eos qui elevantur in celum, et bona a malis apud eos qui se ferunt in infernum**, n. 2256. **Quod omnes mutationes status, tam quoad voluntaria quam quoad intellectualia, per spiritus et angelos a Domino**, n. 2796. **Status et status mutatio**, quid, quod sint interiorum, nempe affectionum et inde cogitationum, quæ loco temporum et spatiorum, n. 4850. **Quod cogitationes sint status variationes**, n. 4850, 6326. **Status plenus, quid, cum agitur de bono**, n. 7839. **Status plenus, quid, quod implatur bonis bono, et malis malo**, n. 7984. **Quod varietates status boni et veri in altera vita sint sicut variationes caloris et lucis in mundo**, n. 10200.

**STATUTUM** quid, n. 37. **Statuta quod sint Verbi externa, præcepta ejus interna, in genuino sensu**, n. 3382, 8362. **Pars statuta quod sit ordinatum**, n. 6149, 6150. **Ponere in statutum quod sit conclusum ex consensu**, n. 6164, absolvere statutum quod sit facere quod injunctum, n. 7138. **Statuto æternō quod sit secundum ordinem cœli**, n. 7884. **Statutum pœsach quod sint leges ordinis illis qui a damnatione et infestationibus liberati**, n. 7995. **Ponere statutum et judicium quod sit verum ordinis tunc revelatum**, n. 8357. **Quod distinctum inter præcepta quæ sunt vitæ, judicia quæ sunt status civilis, et statuta quæ sunt cultus, ostensum**, n. 8972.

**STELLÆ**. **Quod stellæ sint bona et vera, tum mala et falsa**, n. 1808. **Quod falsitates representantur per stellas errantes**, n. 1128. **Quod spiritus boni apparent quandoque ut stellæ**, n. 1527. **Quid pulvis terræ, pulvis maris, stellæ cœlorum**, n. 1610. **Quod stellæ sint cognitiones boni et veri**, n. 2495. **Quid mare, sol, luna, stellæ, gens, ubi Dominus loquitur de consummatione sæculi**, n. 2120. **Quod stellæ sint cognitiones fidei**, ita spirituales quia in illis, n. 2849. **Quod sapientes ab oriente qui venerunt ad Jesum, cum viderunt stellam, a filio orientis fuerint, et quod ab antiquo habuerint tale propheticum**, ut patet a prophetia bœleamini, n. 3762. **Stellarum quod sint cognitiones boni et veri**, ostensum, n. 4697. **Quod sol mundi correspondeat, et quoque luna et stellæ, seu sidera, quoad situm cum domiciliis cœlestium**, n. 5377. **Quod stella appareat**

## S U

incolis telluris cuiusdam in universo ut sol et flamenus, n. 9697.

**STERCUS**, vide *Excrementum*.

**STERILIS** quid n. 3857. Quod non vera recipiuntur, n. 3857. Quod steriles se vocarent mortuas, erat ex causa quia quod non haberent vera et bona, quae sunt filii et filiae, n. 3908. Sterilis quod sit non vita ex vero et bono, ostensum, n. 9325. Steriles quod et sint gentes qui non in bono, quia non in veris, et usque desiderent vera ut in bono sint, ostensum, n. 9325. Quod sterilis in spirituali sensu sit non gaudere vita spirituali, quae est vita veri ex bono, n. 9325. Quod ideo uxores, que non liberos pepererunt, se dixerint mortuas, n. 3908.

**STIPULA** quod sit verum scientificum, n. 7131.

**STORAX**, vide *Aroma*.

**STRAMEN**. Quod sit naturalis hominis vera scientifica, et pabulum quod bona eorum, n. 3114. Quod stramentum camelis sint scientifica, n. 4156. Palea seu stramen quod sint scientifica infima, et omnium communissima, 7112.

**STUPOR, STUPESCERE**. Quod obstupescere sit mutatio status subita, n. 5705.

**SUBJECTA**. Quod spiritus subjecta a se mittant ut communicent inter se, n. 4403. Quod societas emittant spiritus emissarios, seu subjecta, ut communicationem habeant, n. 5856. Quod communications in altera vita sunt per subjecta, n. 5983. Quod mali spiritus emittant subjecta circum circa sicut araneæ casses, n. 5984. Quod illi qui influunt in subjectum potest illud esse nihil, et quod subjectum putet ex semet omne, n. 5985. Quod nullus cogitet ex se, sed ex aliis, et tandem omnes et singuli ex influxu vite a Domino; ita quod sint subjecta perpetua, n. 5986, quo plurimum intuitions in subjectum, eo vis fortior, n. 5987. De subjectis qui sicut in somno, per quæ loquuntur boni spiritus, cum alioquin mali, n. 5988. Quod subjecta deluserint dolosos supra caput, n. 5989. Quod spiritus desumant subjecta altiunde; et quæ prope hominem, n. 5989. Quod inferna emittant subjecta, et quod ea apparent in certis locis, n. 7111. Quod subjecta sint a parte illorum qui infestant, et a parte illorum qui infestantur, n. 7137. De injectione horum a malis, n. 7137.

**SUBORDINATIO**. Quod omnis subordinatio, applicatio et submissio successive erit a primo vitæ, ut sit conjunctio, n. 3091. Quod in cœlo sint subordinationes et quod in inferno, sed cum multa differencia, n. 7772.

**SUBSISTENTIA**, vide *Existentia*.

**SUBSTANTIA** quod sit bonum, n. 4105.

**SUCCESSIVUM**, vide *Centrum*. Quod influxus sit secundum ordinem successionum, de quo ordine, n. 7270, 10099, vide *Gradus*.

**SUCCOTH** quod sit sanctum veri a bono, n. 4392. Profectio filiorum Israelis a Raamses ad Succoth, quod sit status primus discessionis, et quale, n. 7972.

**SUFFITUS**, vide *Odor, Aroma, Thus*. Quia odor correspondet perceptioni, inde thura, suffimenta et odores in unguentis facta representativa, n. 4748. suffimentum quod sint illa cultus quae grata percipiuntur, ostensum, n. 9475, et quod inde factum sit aromaticum, n. 9475, vide et *Thus* et *Aroma*.

## S U

Suffimenta quod sint confessiones, adorationes, et preces, quæ ex veris fidei quæ ex amore, ostensum, n. 9475. Altare suffitus quod sit representativum auditionis et receptionis gratæ omnium cultus quæ ex amore et charitate a Domino, ita representativum talium cultus quæ elevantur a Domino, illustratum et ostensum, n. 10177. Suffire quod sit elevatio cultus, quia est fumus ex igne, qui est amor, n. 10198. Aromata suffimenti quod sint affectiones veri ex bono in cultu, n. 10291, et quod pertineant ad classem spiritualem, n. 10295. Suffimenti quod sit cultus spiritualis, qui fit per confessiones, adorationes, et preces, n. 10298.

**SULPHUR**, quid, n. 1299. Quod sit infernum, tum devastatio per mala amoris sui, n. 2446. Ignis et sulphur, quod sint falsa et mala omnis generis, n. 2446.

**SUMMA**, quod sint omnia, n. 10210.

**SUPERBIA**, vide *Amor sui*.

**SUPERLIMINARE**. Quid postes et superliminare in Verbo significant, quod postes sint vera naturalis, et superliminare, bona ejus, ostensum, n. 7847, 8989.

**SUPERFICIES** quod sit ultimum, n. 7687.

**SUPH MARE**, quod sit infernum sub inferno adulterorum, distinctum per aquas sicut maris, n. 8099. Quod sit infernum et damnatio, ostensum, n. 8099. Quod per illud transeant, qui liberantur ab infestationibus, et perducuntur ad subeundas tentationes, n. 8099. Quod in illo inferno sint qui in fide separata et vita mali, n. 8099. De hoc inferno illorum, n. 8137, 8148. Quod in inferno quod significatur per mare suph sint qui in fide persuasiva fuerint et in malo vitae, n. 8148. A mari suph usque ad mare Philistheorum, quod sit extensio a veris scientificis ad vera interiora fidei, et quod mare suph sit scientificum, n. 9340.

**SUPPLICARE**, vide *Orare*.

**SUPRA**. Quod interius est exprimitur per superius, n. 2148, 3084, 4595, 5146, 8325. Spectare supra et infra se, n. 7814 ad 7821, vide *Charitas*. Quod ex superioribus videri queant inferiora, non vicissim, n. 8237.

**SURDUS**, quod sit non perceptio et inde non obedientia, et quod surdi in Verbo sint qui non sciunt vera fidei, et inde non possunt vivere secundum illa, ostensum, n. 6949. Surdi qui non in fide veri, quia nondum in perceptione ejus, paucis ostensum, n. 9209.

**SURGERE**, quod significet aliquam elevationem, n. n. 2401, 2785, 2912, 2927, 4103. Quod surgere significet elevationem, et quod elevari dicatur homo per spiritualia et coelestia, n. 3171, 4103. Mane surgere in matutino quod sit illustrationis status, n. 3458, 3723. Surgere quod sit elevatio in statum lucis, n. 4881, 6010. Surgere quod sit elucidatio, n. 6010. Surgere mane quod sit elevatio ad attentionem, cum de malis, n. 7435. Surgere mane quod sit etiam elevari ad cœlum, et in opposito sensu deprimi ad infernum, n. 10413, vide *Mane*, vide etiam *Elevari* et *Ascendere*.

**SURSUM**. Elevatio interiorum hominis sursum, n. 6952, 6954, vide *Elevatio*. Spectare supra et infra se, n. 7814 ad 7821, vide *Charitas*, tum etiam illustratum, n. 8604.

## T A

**Sus.** De inferno avarorum ubi sicut suis excoitantur, ut eandidi fiant, n. 939. Cur dæmones missi in pörkos, n. 1742.

**SUSIMI**, vide *Nephilim*.

**SUSPENDERE.** Quod suspensio super ligno sit rejectio et damnatio, ostensem, n. 5156. Quod suspensio esset propter malum, et lapidatio propter falsum, n. 5156. Suspensio coram sole quod sit poena prophanationis, n. 10652.

**SUSTENTARE**, quod sit influxus boni et veri, n. 6106, 6576.

**SUSURRONES.** De illis qui loquuntur in aurem, seu susurronibus, n. 4657.

**SYLVA.** Cuius angelis sermo est de illis quæ sunt intelligentiae et sapientiae, quod repræsententur Paradisi, vineæ, sylvæ, prata, &c. n. 3220. Silva quod sit religiosum, tum ecclesia quoad scientiam, ostensem paucis, n. 9011, f.

**SYRIA.** Quod Aram seu Syria sint cognitiones boni, n. 1232, 1234. Quod in Syria nova ecclesia ab Ebero, n. 1238. Aram Naharaim seu Syria quod sint cognitiones veri, n. 3051. Quod filii orientis fuerint in Syria, n. 3249. Quod filii orientis, sicut Syria, sint qui in cognitionibus boni et veri, h. 3249. Padan Aram quod sint cognitiones veri, n. 3604. Quod sint etiam cognitiones boni, n. 3640. Quod in Syria fuerit ecclesia antiqua et ibi reliquie diu manserint, n. 4112, et quod significant cognitiones boni et veri, n. 4112.

## T.

**TABERNACULUM**, vide *Tentorium*.

**TABULE.** Quod tabulæ lapidis quibus inscripta erat lex sit liber legis seu Verbum in omni complexu, illustratum, n. 9416. Cur binæ fuerint, et quomodo illis inscriptum, illustratum et ostensem per dimidiationem cum inirentur fœdera, n. 9416. Quod sculptura et scriptura super tabulis sint quæ memoriae et vitæ impressa erant, n. 9416. Quod tabulæ in quibus lex scripta sit Verbum, per quod conjunctio cum Domino, n. 10375. Causa quod tabulæ essent ex lapide, quia lapis est verum in ultimis ita sensus, literæ in quo internus, n. 10375. Tabulæ quod sint externus sensus Verbi, scripta super illis sensus ejus internus, n. 10453, 10461. Quod tabulæ legis fractæ sint, et aliae a Mosche dolatae, erat quia per tabulas Mosche significatur externum quale propter populum, de quo, n. 10603.

**TACTUS**, vide *Sensus*. Quod spiritus exquisitissimum tactum habeant, et quod sensations omnes se referant ad tactum, n. 322, 1630, 1880, 1881, 1883. Quod sensus tactus sit commune omnium, oriundus ex perceptivo, quod est sensitivum internum, n. 3528. Quod tangere sit communicatio, translatio et receptio, illustratum et ostensem, n. 10130. Quod etiam fiat per tactum visus, n. 10130.

**TALIO.** Unde jus talionis, n. 1011. Quod malum secum poenam habeat, et bonum remuneracionem in altera vita, ita quod sit lex talionis, illustratum, n. 8124, et ostensem, n. 8223, 8226. Quod bonum sit conjunctum cum sua remuneracione, et malum cum sua poena, illustratum ex lege ordinis,

## T E

de qua, n. 9049. Explicantur Domini Verba de oculo pro oculo, dente pro dente, et quod palium dandum qui vult tunicam, n. 9049, pagina 269.

**TANGERE**, vide *Tactus*.

**TAPETES**, vide *Aulae*.

**TARDARE** quod sit dubitare, illustratum, n. 5613.

**TECTUM** quod sit intimum, simile quod caput, ostensem, n. 10184.

**TEGUMENTUM**, vide *Velum*.

**TELUM**, vide *Arcus*.

**TELLUS.** Referuntur huc omnes tellures in mundo nostro solari, et in celo astriferio, seu in universo, ut tellures *Mercurii*, *Veneris*, *Martis*, *Jovis*, *Saturni*, *Lunæ* nostraque tellus. Quod cœlum sit immensus, et pauci respective ex hac nostra tellure, n. 3631. De incolis aliarum tellurum, n. 6095 ad 6702. Quod loqui datum sit cum spiritibus ex aliis telluribus, non cum earum incolis, n. 6095. Quod tellures immenso numero sint, a spiritibus Mercurii demonstratum, n. 6697. Quod plures tellures sint ex rationali potest concludi; quod non ob finem ut vagentur circa solem creatæ sint, sed ut genus humanum et inle cœlum existat; et quod similiter se habeat quod annos, dies, lunas, ut nostra tellus, n. 6697. Quod cœlum a triferum tantum sit, et modo sit medium ad finem, tum quod cœlum immensus sit; inde sciri potest quod non ex una tellure, n. 6698. Quod abientes e mundis appareant ut flumen, et quod inde concludi possit quod myriades intra diem, n. 6699. Quod incolæ aliarum tellurum adorent divinum sub forma humana, ita Dominum, n. 6700. Quod spiritus variarum tellurum separati sint, sed modo conjuncti qui in intimo seu tertio cœlo, n. 6701. Quod plures tellures erunt ad constitendum maximum hominem; et ubi aliquid correspondentiae deest, illico arcessuntur ex aliqua tellure qui impletant, &c. n. 6807. Quod dictum a Mercurii spiritibus, quod in universo sint aliquot centena millia tellurum, n. 6927. Quod quando planeta quilibet appetat spiritibus, quo loco et qua distantia, n. 7171. Quod spiritus nostræ telluris referant sensum naturale et corporeum; n. 9107. Quod ubi tellus, ibi incolæ, illustratum a fine creationis, n. 9237. Quod Domino placuerit in nostra tellure, et non in alia, nasci, quod fuerit propter Verbum, n. 9350 ad 9362, vide *Verbum*. Quod nostræ telluris incolæ, spiritus, et angeli in maximo homine referant sensum externum et corporeum, n. 9360. De telluribus in universo, vide *Universum*. Quod spiritus appareant circa suam tellurem, cur, nempe quia simili genio sunt cum incolis, et quia ut adsint apud illos, n. 9968.

**TEMPLUM.** Quod per tentoria significata quæ per templum, n. 414. Quod altare et templum fuerint primaria repræsentativa Domini, n. 2777. Quod domus Dei sit ecclesia, cœlum regnum Domini, Dominus quoad bonum, templum eadem quoad verum, illustratum, n. 3720. Quod domus Dei antiquissimis fuerit ex lignis, quia ligna significabant bonum, templum autem ex lapidibus, quia lapides significabant verum, illustratum, n. 3720.

**TEMPOS.** Quod nulla notio temporis in altera vita, n. 1274, 1382. Quod tempora et spatia in altera vita non sint, n. 2025. Quod spatia et tempora

## TE

significant status, illa status quoad existere, hæc status quoad esse, n. 2625. Quod omnia tempora significant status, n. 2788. Quod tempora et loca sint status, n. 2837. Quod tempora sint status, ut tempora ætatis hominis, de quibus, n. 3254. Quod spatium et tempus sint status, causa, quia non idea spati et temporis in altera vita, nec in interno homine apud hominem, de quibus, n. 3356. Quod homo nihil possit cogitare absque spatio et tempore, aliter vero angeli, n. 3404. Quid tempus, et quod nullum sit illis qui in affectione genuini amoris, nisi impatientia et inde sollicitudo se adjungat, n. 3827. Quod spatia correspondant statui quoad esse, et quid status quoad esse, et tempus quoad existere, n. 3928. Quod tempus sit status, et factum in tempore hoc, quod sit status sequentium, illustratum, n. 4814, 4916. Quod notiones ex tempore non sint in altera vita, illustratum ab experientia, n. 4882. Quod ideæ de temporibus non capi possint in altera vita, quia sol ibi non facit tempora, illustratum, inde quod tempora sint status, n. 4901. Quod in altera vita sint vices, sicut vices diei, nempe mane, meridiæ, vespera, diluculum, et in inferno nox; de quibus, illustratum, n. 6110. Quod status in altera vita se habeant sicut tempora vesperæ, noctis, mane et meridiæ, n. 7218. Quod tempus et spatia sint status, a comparatione solis mundi cum sole cœli, illustratum, n. 7381, ad statum tempus, quod sit in illo statu, n. 8070. Quod tempora sint status, citationes, n. 10133. Tempora quod sint status, unde hoc in altera vita, n. 10605.

TENDICULA, vide *Laqueus*.

TENEBRÆ. Quod tenebrae sint falsitates, n. 1839. Quod tenebrae sint falsa, caligo mala, n. 1800. Quod lumen malorum vertatur in tenebras, n. 1528. Quod mali tenebras ament, n. 1528, vide etiam *Caligo* et *Umbra*. Quod inferna dicantur esse in tenebris, quia in falsis, deque lumine eorum ibi, n. 4418. Quod in infernis prædicentur tenebrae, quia in falsis, et quod illis lumen sit sicut ex igne carbonario, n. 4531. De illis qui credunt sapere ex se, quod mittantur in statum tenebrarum, experientia, n. 4531, vide etiam *Olscurum* et *Umbra*. Tenebrae quod sint falsa, ostensum, n. 7688. Caligo quod sit privatio veri et boni, ita densissimum falsum ex malo; tenebrae autem quod sint privatio veri, ita falsum, ostensum, n. 7711. Quod lux divina sit caligo malis, illustratum, n. 1861, f. 6837, 8197.

TENER. Nati teneri quod sit recentia, nondum vitam divinam adepta, n. 4377.

TENTATIO. De pugnis temptationum, n. 59, 63, 227. Quid tentatio, n. 847. Quod temptationes sint celestes, spirituales, et naturales, n. 847. Quomodo se habent temptationes, quod mali genii et spiritus agrediantur illa quæ sunt amoris, ita quæ sunt vitæ hominis, n. 847, 1820. Quid efficiunt temptationes, n. 1693, pr. 1717, 1740. Quod tentatio ideo, ut domentur corporea, n. 837. Quod mala et falsa apud hominem, qui regeneratur, per temptationes domentur, non abolantur, n. 868. Quod verum sit primum pugnae, n. 1685. Quod homo pugnet ex bonis et veris, quæ per cognitiones imbuit, tametsi non bona et vera sint, n. 1061. Quod spiritus mali

## TE

